

1.7.51











emit Marmius Romæ pro libras 7. cu' meditat' Anno Iubilei 1700
fuit ex libris Clarissimi Io: Petri Bellori

7

VII

in HOR


Emblem. VAEN

# EMBLEMATA
# HORATIANA.

# Q. HORATI FLACCI EMBLEMATA.

*Imaginibus in æs incisis, Notisque illustrata,*

Studio OTHONIS VÆNI Batauolugdunensis.






ANTVERPIÆ,
Ex Officina Hieronymi Verdussen,
*Auctoris ære & cura.*
M. DC. VII.

Ex legato D: Equitis Antonii Francisci de Marmis

SERENISSIMO ARCHIDVCI,

# ALBERTO AVSTRIO,

IMPERATORIS

FILIO, NEPOTI, FRATRI,

BELGICARVM PROVINCIARVM

PRINCIPI,

HORATIANA EMBLEMATA,

TABVLIS ÆREIS A SE ILLVSTRATA,

ÆTERNVM DEBITI CVLTVS

ATQ. OBSEQVII MONVMENTVM,

OTHO VÆNIVS DICAT, CONSECRATQ.

ANTVERPIÆ,

CIϽ. IϽ CVII. Idibus Nouembris.

# LECTORI SEV SPECTATORI.

DAMVS *hîc vobis, Lector seu Spectator beneuole, Sententias, quas Emblemata vulgò vocant, ex Q. Horatio Flacco, Lyricorum principe, desumtas, tabulisque in æs incisis illustratas. Mutuas namque sibi operas Poësis & Pictura fidelissimè præstant. sic enim noster ille Horatius:*

Vt pictura poësis erit.

*Sed & Simonides, Plutarcho teste, picturam poësim tacitam, & è conuerso, poësim picturam loquentem argutè appellabat. Reperies itaque in hoc libello non pauca Ethicæ, siue Moralis, ac Stoicæ Philosophiæ dogmata, imaginibus expressa. Ex quibus non modò oblectamentum, sed & vberrimum fructum hauries: solent enim oculis obiecta animos magis afficere, quàm ea, quæ aut dicta aut scripta.*

Segniùs irritant animos demissa per aurem,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

*Ceterùm Virtutes ac Vitia, more veterum ex numismatibus ac statuis non rarò expressi: interdum verò Adfectus, Passionesque, Cupidinum habitu, nouo fortassis exemplo, sed decoro oculisque admodùm grato repræsentaui; subinde & æui nostri mores, ne vetustate obseletâ commune pictorum vulgus offenderem, studiosè sum secutus. Exempli gratia, Diogenis Philosophi dolium, quod figulinum seu testaceum fuisse non sum nescius,*

*nescius, more nostro (quem à Gallis primò adinuentum Plinius commemorat) ligneum, pro communi hominum captu expreßi. Atq. id pictoribus, statuarijs, cælatoribus, alijsq́; id genus artificibus (quibus hic noster labor non mediocri erit adiumento) non ingratum futurum prorsus confido. De Stoica porrò, ac Morali, vt loquuntur, Philosophia dißerere non huius est loci aut instituti. multa de his alij; inter eos nostri sæculi, heu quondam! phœnix,* IVSTVS LIPSIVS, *cuius Manuductionem, aliaq́; scripta, Lector siue Spectator, consule.*

*Vale, Faue & Fruere. Antuerpiæ.* CIƆ. IƆ CVII.
*Postridiè Kalendas Nouembris.*

## VIRTVS INCONCVSSA.

Lib.3. Od.2.

*Virtus repulsæ nescia sordidæ, in-*
*contaminatis fulget honoribus:*
*Nec sumit, aut ponit secureis*
*Arbitrio popularis auræ.*

Lib 1. Satyr. 6.

*—— populus nam stultus honores*
*Sæpè dat indignis, & famæ seruit ineptus:*
*Et stupet in titulis, & imaginibus.*

Virtus nullius rei indiga, manet immota; Fortunam pedibus premens, Honores ac Diuitias despiciens, sola sibi ipsi merces, atq. amplissimum est præmium. Suntque eius species variæ, Pietas, Iustitia, Prudentia, Fortitudo, Magnanimitas, Temperantia, &c.

Claudian.

*Ipsa quidem Virtus pretium sibi, solaque latè*
*Fortunæ secura nitet, nec fascibu- vllis*
*Erigitur, plausúue petit clarescere vulgi:*
*Nil opis externæ cupiens, nihil indiga laudis,*
*Diuitijs animosa suis, immotaque cunctis*
*Cladibus, ex alta mortalia despicit arce.*

---

Deughts loon is selfs de Deughdt, oft in 'tvveldoen 'tbehaghen.
Sy vvacht van niemant yet, gheluck, ghelt, eer' oft staet,
Noch vverdt door hoop' bevveeght, oft oock door sorgh' verslaghen.
Deught heuet al in haer, niet buyten haer sy gaet.

*Le guerdon de Vertu est seul la Vertu mesme,*
*Elle n'attent honneur, argent, n'estat d'autruy,*
*l'Espoir ne l'esiouit, la peur ne la rend blesme.*
*Vertu a tout en soy, n'emprunte de nulluy.*

VIRTV-



## VIRTVTIS GLORIA.

Lib. I. epist. 17.

*Res gerere, & captos ostendere ciuibus hostes,*
*Attingit solium Iouis, & cælestia tentat.*

*Parcere subiectis, & debellare superbos*, recta semita virtutis est: qua quis triumphans, eburneo curru, niueisq; vectus equis, Capitolium conscendit. cui palmam, ac lauream Victoria tribuit: sicq; nubes, ac solium Iouis vertice quasi tangit, famamque inclytis extendit factis: quæ nec eripi, nec surripi potest vmquam, neque naufragio, neque incendio amitti.

Lucil.

*Virtutem voluêre Dij sudore parari,*
*Arduus est ad eam longusque per ardua tractus,*
*Asper & est primùm: sed vbi alta cacumina tanges,*
*Fit facilis, quæ dura priùs fuit inclyta virtus.*

---

Deghen' die triompheert, en toont ghelijck de snoden
Sijn vijanden voor't volck, die hy vervvonnen heeft,
Raeckt Iupiters ghestoelt, en is ghelijck de Goden.
Een kloeck en mercklick feyt een groote eere gheeft.

*Celuy qui monstre au peuple en pompe triomphal*
*Ses ennemis vaincuz, touche de personne*
*Au siege de Iupin, estant aux Dieux esgal.*
*Vne insigne vertu l'honneur supreme donne.*

NATV-



## NATVRAM MINERVA PERFICIT.

Lib.4. od.4.

*Fortes creantur fortibus, & bonis,*
*Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum*
*Virtus: nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam.*
*Doctrina ſed vim promouet inſitam,*
*Rectique cultus pectora roborant.*
*Vtcumque defecêre mores,*
*Dedecorant bene nata culpæ.*

De arte Poët.

*—— alterius ſic*
*Altera poſcit opem res, & coniurat amicè.*

Natura, quæ ſemper ad optima quæque vergit, Virtutem inſitam Mineruæ commendat educandam. Sola nobilitas, quæ ſanctis veſtita moribus, laudāda: nihil eſt nobile quod vitioſum. Quis enim generoſum dixerit hunc, qui indignus genere eſt, & præclaro nomine tantùm inſignis?

Eurip.

*Ineſt in homine mira & euidens nota,*
*Probis ſatum eſſe. Generis illuſtrat decus*
*Quiſquis celebribus dignus eſt natalibus.*

Lib.4. od.4.

An neſcis —— *quid mens ritè, quid indoles*
*Nutrita fauſtis ſub penetralibus*
*Poſſet?*

---

Een bloode duyu' en quam noyt van een arent moedigh,
De ſtercke ſijns ghelijck ghemeynlick brenght voordt,
Doch moet vvel zijn ghērecht door Pallas vvijsheydt vroedigh.
Leeringh' volmaeckt Natuer' in alles ſoo't behoort.

*De l'aigle hardy ne ſort la colombe timide,*
*De l'homme fort le fort la nature produit,*
*Mais il fault que Pallas l'eſleue, & puis le bride.*
*Par doctrine, & nature l'homme parfaict iſsit.*

VIR-



## VIRTVS IMMORTALIS.

Lib. 3. od. 2.

*Virtus recludens immeritis mori*
*Cælum, negata tentat ire via:*
*Cœtusque vulgareis, & vdam*
*Spernit humum fugiente pennâ.*

Virtus extollit hominem, & super æthera collocat: estque sola, & vnica, quæ nos immortalitate donare possit, & pares Dijs facere.

Senec.

*Consulere patriæ, parcere afflictis, fera*
*Cæde abstinere, tempus atque iræ dare,*
*Orbi quietem, seculo pacem suo,*
*Hæc summa virtus, petitur hac cælum via.*

*Numquam Stygias fertur ad vmbras*
*Inclyta virtus: viuite fortes,*
*Nec Lethæos sæua per amneis*
*Vos fata trahent: sed cum summas*
*Exiget horas consumta dies,*
*Iter ad superos gloria pandet.*

---

Die grooten prijs en eer, door vvapens daden vvinnen,
Oft door gheleertheydt, const, verstandt, en vvijsheydt groot,
De Deughdt den vvegh bereydt, en voert ten hemel binnen.
Der vromen naem de Deughdt beschermt voor de doodt.

*Qui peult rendre immortel son nom par grand sçauoir,*
*Par armes, gouuerner, par art, ou par doctrine,*
*Esleué par Vertu, au ciel il se faict veoir.*
*Le nom de l'excellent la mort point ne ruine.*



## VIRTVTI SAPIENTIA COMES.

Lib.1. epist.1. *Virtus est, vitium fugere: & sapientia prima,*
*Stultitia caruisse.*

Virtus est iram cohibere, cupiditatem compescere, libidinem refrænare. Nam ferè omnia quæ fiunt iniustè, atque improbè, ab his oriuntur affectibus.

Lib.1. od.12. *Proximos ipsi tamen occupauit*
*Pallas honores.*

Quæ stultitiam fugiens, virtutis soror est, & comes.

Cicero. Si summopere sapientia petenda est, summopere stultitia fugienda & vitanda est.

---

Van sotheydt vvijsheydt vvijckt, de deughdt vlucht van d'ondeughden,
Hoe dat sy zijn vervolght, sy vlieden euen seer
Van des' siel-sieckten snoo, daer sy noyt me verheughden.
VVant dinghen onghelijck vereenen nimmermeer.

*Des vices la vertu, sagesse de folie*
*S'enfuyent vistement, tant plus on les poursuit,*
*Tant moins des pasions ils ayment la partie.*
*Car vn contraire effect tousiours à l'autre nuit.*

IN



## IN MEDIO CONSISTIT VIRTVS.

Lib. 1 epist. 18. *Virtus est medium vitiorum in vtrimque reductum.*

Aristot. In circuli centro, posita hîc Liberalitas, Auaritiam inter, ac Prodigalitatem. *Virtus enim est mediocritas duorum vitiorum, alterius secundum excessum, alterius secundùm defectum, ratione ad nos seruatâ:* sine quâ mediocritate nihil boni nobis aduenire potest; eâ autem seruatâ, nihil ad bene beateque viuendum subtrahi.

Lib. 1. Satyr. 1.

*Est modus in rebus, sunt certi denique fines,*
*Quos vltra citráque nequit consistere rectum.*

Iuuenal.

*——semita certè*
*Tranquillæ per virtutem patet vnica vitæ.*

Ouidius.

*Dum petit infirmis nimiùm sublimia pennis*
*Icarus, Icariis nomina fecit aquis.*

Epict. Si quis modum excesserit, iucundissima quæque iniucunda fient.

---

Siet, tusschen Ghierigheydt, en dē Verquistingh' staet
De Miltheydt, zijnde een deughdt recht tusschen tvvee extremen.
Met Icarus hy doolt die niet houdt middelmaet,
Die't padt der Deught vvil gaen, den middel-vvegh moet nemen.

*La Liberalité est entre l'Auarice,*
*Et Prodigalité, sort louable Vertu,*
*Faisant entre les deux extremes son office.*
*Garder par tout moyen, est sagement vescu.*



## MEDIO TVTISSIMVS IBIS.

Lib. 1. Satyr. 2. *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.*

Stultus, ac malè ſanus virtutem in medio poſitam deſerit, & concitato curſu, fugiens Auaritiam, in Prodigalitatem incidit. Tranquillitatem porrò vitæ non percipiens, dum per culpam deſipit, ad ſaniorem mentem per pœnam reducitur: quæ quidem neceſſariò perferenda, vbi voluntariè medium quietis locum quis deſeruerit.

Lib. 2. Satyr. 2. *—— nam fruſtra vitium vitaueris illud*
*Si te alio prauum detorſeris.*

De arte poët. *In vitium ducit culpæ fuga, ſi caret arte.*

Ibid. *Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.*

---

Den dvvaes van't ſnoo ghebreck, van Ghierigheydt vol ſchanden
Tot de Verquiſtingh' vlucht, van't een in't ander quaedt.
Charybdis hy ſoo vreeſt, dat Scylla hem doet ſtranden.
Den ſot onmatigh is, gheen middel-vvegh hy gaet.

*De l'abiecte Auarice s'addonne le mal ſage*
*A Prodigalité, & de fiebure en mal chauld.*
*De Charybd'en Scylla parcrainte il faict naufrage.*
*Au ſot le vray moyen, & droict chemin deffault.*

VIR-



## VIRTVS IN ACTIONE CONSISTIT.

Lib. 4. od. 9.

*Paullùm ſepultæ diſtat inertiæ*
*Celata virtus.*

Vides hîc Virtutem & Inertiam. Illa huic ſimilis videtur, niſi in actionem exſurgat; ſine qua nullus ex ipſa fructus redundat: eſtq; veluti nuda ſui vmbra. Pindarus cuidam dicenti, ipſius ſe laudes vbique prædicare: *Ego*, inquit, *pro iſto beneficio bonam reponam gratiam, efficiam enim, vt vera prædices.*

Claudian.

*Maior & vtilior facto coniuncta potenti*
*Vilè latens virtus. Quid enim ſubmerſa tenebris*
*Proderit? obſcuro veluti ſine remige puppis,*
*Vel lyra quæ reticet, vel qui non tenditur arcus.*

Perſ.

*Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.*

Lib. 4. od. 8.

*—— neque,*
*Si chartæ ſileant, quòd bene feceris,*
*Mercedem tuleris.*

Plaut.

*Sæpè ſumma ingenia in occulto latent.*

---

Soo de verborghen Deught, in't doncker blijft verholen,
Niet verre ſy verſchilt van de Onachtſaemheydt,
Die langh begrauen is in de vergheten holen.
De Deughdt moet door haer ſelfs oft andre zijn verbreydt.

*Semblable au pareſſeux, enterré dans l'oubly,*
*Eſt dict le vertueux, lequel point ne ſe monſtre,*
*Ains qui caché ſe tient en l'obſcur accroupy.*
*Par autruy, ou par ſoy, la Vertu ſe demonſtre.*

VIR-


D.M.S.R.

# VIRTVS INVIDIÆ SCOPVS.

Lib. 3. od. 24.

*—— quatenus heu nefas*
*Virtutem incolumem odimus:*
*Sublatam ex oculis quærimus inuidi.*

Virtus ludibrio habetur ijs, qui cupiditatibus dediti, prauis affectibus omnia tribuunt, quibus vt faciant satis, toto animi conatu ad sordidum quæstum remq́ue augendam plerumque contendunt, semper in ore habentes:

Lib. 1. epist. 1.

*O ciues, ciues, quærenda pecunia primùm est,*
*Virtus post nummos.*

At verò cùm iam vitium in habitum excreuit, animumq́ue obruit ac confundit, tum demum virtus mœstis querimonijs advocatur, sed nec adest, nec vocata reuertitur.

Lib. 3. od. 5.

*Nec vera virtus, cùm semel excidit,*
*Curat reponi deterioribus.*

*Val. Max.* Syracusanis omnibus Dionysij tyranni exitum expetentibus, sola mulier quotidie Deos, vt sibi superstes esset, orabat. Quod vbi is cognouit, quo suo merito hoc faceret? interrogauit. Tum illa: cùm grauem tyrannum haberemus, carere eo cupiebam: quo interfecto, deterior arcem occupauit: eius quoque finiri dominationem magni æstimabam: tertium te superioribus habemus importuniorem. Itaque timens, ne deterior in locum succedat tuum, caput meum pro tua deuoueo lubens salute.

---

Als by ons blijft de Deught vvy spotten met haer schandigh,
Maer laes! als sy vertreckt vverdt deerelick beclaeght.
VVy achten oock gheen Prins, vvijs, deughdtlick, en verstandigh,
Dan als met lastigh iock een fel tyran ons plaeght.

*Mocquee est la Vertu, quand elle est pres de nous,*
*Mais apres son depart chascun se complaint d'elle.*
*Vn Prince n'est iamais sage estimé de tous,*
*Que quand quelque Tyran de tourmens nous flagelle.*

AMOR



## AMOR VIRTVTIS.

Lib. 1. epist. 16.

*Oderunt peccare boni virtutis amore.*
*Tu nihil admittes in te formidine pœnæ:*
*Sit ſpes fallendi : miſcebis ſacra profanis.*

Lib. 1. Satyr. 7.

*Non ſum mœchus, ais. neque ego hercule fur, vbi vaſa*
*Prætereo ſapiens argentea : tolle periclum,*
*Nunc vaga proſiliet frenis natura remotis.*

Prauus, inſtigante naturâ, à furto, ſolo imminentis pœnæ metu abſtinet: ſicque vt vir probus, inter bonos adnumeratur. *Naturam mutare difficile eſt*, ait Seneca. Videmus alios, naturâ duce optimâ, ipſam virtutem, quà virtus eſt, colentes, atque amplectentes.

Hi veri boni, qui non indigent legibus, ſed ſuapte natura, nihil contra leges, aut bonos mores agunt.

*Laërtius.* Antiſthenes non ideò quid faciendum, aut vitandum dicebat, quia leges iuberent aut vetarent : ſed quia ipſa ratio dictaret, hoc eſſe honeſtum, illud turpe.

---

Die teghen ſijn natur' de diefte mijdt met pijn,
VVt vreeſe van de ſtraf, en 'tquaedt niet haet van binnen,
Op'echt niet vroom en is, hoè vvel hy't ſch jnt te zijn.
VVt liefd' der deughdt alleen de vromen deughdt beminnen.

*Qui fuit le larrecin contre ſon naturel,*
*Craignant d'eſtre puny, ſans haine du mal meſme,*
*N'eſt point preudhomme, encor' qu'il paroiſt eſtre tel.*
*Pour l'amour de vertu le bon la vertu aime.*

ANIMI



## ANIMI SERVITVS.

Lib. 2. Satyr. 7.

*Quid refert, vri virgis, ferroque necari?*
*Auctoratus eas: an turpi clausus in arca,*
*Quò te demisit peccati conscia herilis*
*Contractum, genibus tangas caput?*

Lib. 1. Satyr. 2.

*——pallida lecto*
*Desiliat mulier: miseram se conscia clamet.*

Lib. 2. Satyr. 7.

*——estne marito*
*Matronæ peccantis in ambos iusta potestas?*
*In corruptorem vel iustior?*

*Bias.* Improbus, etsi liber sit, seruus est multarum cupiditatum.

*Seneca.* Ostende, quis non seruiat, alius libidini, alius auaritiæ, alius ambitioni, omnes timori: nulla seruitus turpior, quàm voluntaria.

Lib. 1. epist. 16.

*Qui metuens viuit, liber mihi non erit vmquam.*

---

Het is alleens, of ghy een anders slaue zijt
Of van v pasſien ſelfs, en in gheuaer v leuen
Door v vvellusten stelt, en 'tnavv bekisten lijdt.
Veel' heeten ander slaef, en selfs onnry hen gheuen,

*Si tu es serf d'autruy, ou de toy, c'est tout vn,*
*Subiect à tes plaisirs, tu cours danger extreme,*
*Souffrant d'estre fermé au coffre de quelqu'vn.*
*Tel dit autruy son serf, qui est l'esclaue mesme.*

ANI-



## ANIMI SERVITVS PERPETVA.

Lib. 2. Satyr. 7.

*Euasti? credo metues, doctusque cauebis:*
*Quæres, quando iterum paueas, iterúmque perire*
*Possis. O toties seruus! quæ bellua ruptis,*
*Cùm semel effugit, reddit se praua catenis?*

En miserum periculo elapsum, rursus ad vitia proruentem.

*Seneca.* Ille mihi non videtur liber, cui mulier imperat, cui leges imponit, præscribit, iubet, vetat quod videtur: qui nihil imperanti negare potest, nihil recusare audet: poscit, dandum est, eijcit, abeundum, vocat, veniendum.

Non ita bellua, quæ vinculis elapsa, ad illa non redit.

Qui diu in vinculis fuerunt, cùm soluuntur, claudicant adhuc: ita diu vitijs assueti, etiam cùm ea deserunt, quædam retinent vestigia.

*Seneca.* In vitia alter alterum trudimus: quomodò ad salutem reuocari potest, quem nullus retrahit, & populus impellit?

---

Zijt ghy den angst ontvloon, te vreesen ghy behoort,
Maer dvvaselick ghy soeckt om vvederom te schroomen:
Gheen beest die los haer vindt vveer na de keten spoort,
Dan gheen gheuaer den mensch sijn sotte lust kan toomen.

*Le mal n'a euité, qui tost apres s'auance*
*Sottement au danger, pour craindre vn'autrefois:*
*Vne beste eschappee aux liens ne se lance,*
*Le mal que nous hayons, suyuons souuentefois.*

VIS



## VIS INSTITVTIONIS.

Lib. 1. epist. 2.

*Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem*
*Teſta diu.*

Vt in ſemente poſita ſpes meſſis eſt: ita totius reliquæ vitæ exſpectatio ab educatione pueritiæ pendet.

*Plutarch.* Alexander Rex cùm interrogaretur, vtrùm patrem mallet Philippum an Ariſtotelem: Magiſtrum, inquit: ille enim, vt eſſem; hic autem, vt præclarè inſtitutus eſſem, auctor fuit.

*Eurip.* Ipſa educatio inter homines frequenter maiorem vim excitat amoris, quàm ipſa generatio prolis.

Iuuenal.

*Nil dictu fœdum, viſuq́; hæc limina tangat,*
*Intra quæ puer eſt: procul hinc procul inde puellæ*
*Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti.*
*Maxima debetur puero reuerentia, ſi quod*
*Turpe paras, nec tu pueri contemſeris annos:*
*Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.*

---

Na 'tghen' in't com of back, die nievv' is, eerſt men doet,
Sal't houden eenen reuck: het ghen' de kind'ren leeren
Dat blijft hen altijdt by het zy quaedt ofte goedt.
'tGhen' dat de ieught eens vat, niet licht daer uyt ſal keeren.

*Le plat, ou pot nouueau, pour touſiours ſentira*
*A ce que tout premier la dedans on va mettre:*
*Ce que l'enfant apprend iamais ne quitera.*
*L'eſcolier ſuit touſiours l'inſtruction du maiſtre.*

INCI-



## INCIPIENDVM ALIQVANDO.

Lib. 1. epist. 2.

*Dimidium facti qui cœpit habet; ſapere aude,*
*Incipe, viuendi qui rectè prorogat horam,*
*Ruſticus exſpectat dum defluat amnis, at ille*
*Labitur, & labetur, in omne volubilis æuum.*

Auſon.

*Incipe, dimidium facti eſt cœpiſſe: ſuperſit*
*Dimidium: rurſum hoc incipe, & efficies.*

Agricolam hîc vides ignauum, qui laborem differt ſuum, donec fluminis ſcilicet ceſſet curſus; alios verò, ſedulò intentos operi: quorum hic fundamenta domus iacit, alter aratro boues iungit, ſpe meſsis aliquando colligendæ.

*Salluſt.* Hi iam verè viuere, atque frui animo videntur, qui aliquo negotio intenti, præclari facinoris, aut artis ſuæ famam quærunt.

*Senec.* Moleſtum eſt ſemper vitam incohare: malè viuunt, qui ſemper viuere incipiunt, quia ſemper illis imperfecta vita eſt. Quidam tum incipiunt, cùm deficiendum eſt; ſi hoc iudicas mirum, quidam antè viuere deſierunt, quàm inciperent.

---

tVVelleuen ſtelt niet uyt vvilt vvijſclick aenvanghen,
Slacht niet dien boer die't vverck uytſet tot dat den vloedt
Sal af-gheloopen zijn, die al-tijdt houdt ſijn ganghen.
Elck ur' voor een beghin, zy al-tijdt euen goedt.

*Du poltron, qui attent que plus l'eau ne decoule*
*Qui touſiours coulera, la vie n'imitez.*
*Tout heure peult ſeruir du temps qui toſt s'eſcoule.*
*De bien viure à demain iamais ne differez.*

FRV-



# FRVCTVS LABORIS GLORIA.

De art Poët.

*Qui studet optatam cursu contingere metam,*
*Multa tulit, fecitque puer: sudauit & alsit:*
*Abstinuit Venere, & vino. Qui Pythia cantat*
*Tibicen, didicit priùs, extimuitque magistrum.*

Adolescens Bacchum & Venerem fugiens, rectâ ad honoris, & quietis metam tendit: dum vigilat, currit, & cæli ac fortunæ iniurias inuicto fert animo.

*Xenoph.* Qui enim laudis studio tenentur, eius gratia omnem laborem, & omne periculum, libenter eos subire necesse est.

*Sallust.* Nemo vmquam ignauiâ est factus immortalis.

Ouid.

*Dum vires annique sinunt, tolerate labores:*
*Nam veniet tacito curua senecta pede.*

Lucan.

*—— gaudet patientia duris:*
*Letius est, quoties magno sibi constat, honestum.*


*Plutarch.* Ad Olympium certamen profectus Themistocles, cùm in stadium processisset, omnes certaminibus neglectis in eum vnum oculos conijciunt, in eoque complexando diem terunt, & illum cum plausu peregrinis ostendunt. Qua re, vir gloriæ cupidissimus, accensus, Hoc ipso die, inquit, laborum omnium, quos pro Græcia suscepi, fructum amplissimum reportaui.

---

Die het ghevvenschte vvit sal kloeckelick gheraken,
Oft 't uyterste besteck, veel hy verdraghen moet,
Van ioncks door hitt'en covv' de vvijn en vvellust staken.
Eer men uyt-nemend' vverdt, veel arbeydts men ontmoet.

*Celuy qui attaindra le terme desiré,*
*d'Enfance aura souffert, par chaud, par froid, par gresle,*
*Quitté l'amour lascif, le vin, & volupté.*
*Il y a du trauail, auant que l'on excelle.*

VOLV-



## VOLVPTATVM VSVRÆ, MORBI, ET MISERIÆ.

Lib. 1. epist. 2. *Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas.*

Democrat. Optima est vita, plurimùm lætari, & minimùm dolere: hoc totum assequi potes, voluptates in rebus mortalibus spernendo.

Senec. Indurandus est animus, & à blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Quidam se voluptatibus immergunt, quibus in consuetudinem adductis, carere non possunt, & ob hoc miserrimi sunt. Nam si voluptati cesserint, cedendum est dolori.

Senec.

*Nulla sors longa est, dolor ac voluptas*
*Inuicem cedunt: breuior voluptas.*
*Ima permutat breuis hora summis.*

Plaut.

*Pœnitentia dolorque voluptate comparantur:*
*Ita Diis placitum, voluptati vt mœror comes consequatur.*

Iuuenal.

*——sed quæ præclara, & prospera tanti,*
*Vt rebus lætis par sit mensura malorum?*

---

Van vvellust fray vermomt met schoone schijn, vvilt vluchten,
VVant sy haer dienaers loont met pijnelickheydt hert,
Met sieckte, armoey, noot, met knaghingh' en versuchten.
Des vvellusts korte vreughdt met langhbedroeuen smert.

*Fuyez la volupté de beau semblant masquee:*
*Ses serfs effeminez fort mal elle guerdonne,*
*De grieue maladie, tourment & pauureté.*
*Son court plaisir en fin long repentir nous donne.*

CRAPV-



## CRAPVLA INGENIVM OFFVSCAT.

*——quin corpus onustum*
Lib. 2. Satyr. 2. *Hesternis vitijs animum quoque prægrauat vnà,*
*Atque affigit humo diuinæ particulam auræ.*
*Alter, vbi dicto citiùs curata sopori*
*Membra dedit, vegetus præscripta ad munia surgit.*
*Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam;*
*Siue diem festum rediens advexerit annus,*
*Seu recreare volet tenuatum corpus; vbique*
*Accedent anni, & tractari molliùs ætas*
*Imbecilla volet. tibi quidnam accedet ad istam,*
*Quam puer & validus præsumis, mollitiem, seu*
*Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?*

Hîc crapula & vino obrutus, proiectis humi insignibus Prudentiæ, ac Fortitudinis, nihil differt ab insano. At verò Sobrietas, omnium virtutum mater, atque salubrium consiliorum parens est.

*Eurip.* Victus hominum qui fuerit exiguus, ac mediocris, laudandus est: nimia verò moles, caussa mali est.

Theognis. *Multò plures perdidit saties, quàm fames viros.*

---

d'Ouerdaet krenckt het lijf, belet den gheest in't goede,
De vvijsheydt sy versmaedt, en d'edel deughdt verstoot,
De sob'rheyt vvacker houdt, doet vroegh op-staen de vroede.
tVroegh op-staen maeckt ghesont, en geeft oock rijckdom groot.

*l'Exces foiblit le corps, l'esprit rend alteré,*
*Repousse la vertu, dechasse la sagesse,*
*Le sobre est à son faict tousiours bien esueillé.*
*Leuer matin rend sain, & sage, auec richesse.*

NATV-



## NATVRA MODERATRIX OPTIMA.

*Nónne Cupidinibus statuit natura modum, quem,*
Lib. 1. Satyr. 2. *Quid latura sibi, quid sit dolitura negatum,*
*Quærere plus prodest, & inane abscindere soldo?*
*Num, tibi cùm fauces vrit sitis, aurea quæris*
*Pocula? num esuriens fastidis omnia, præter*
*Pauonem, rhombumque?*

Lib. 2. Satyr. 2. *—— non in caro nidore voluptas*
*Summa, sed in teipso est.*

Ibidem. *Ieiunus raro stomachus vulgaria temnit.*

Natura sicut rectificator, & rector, semperque desiderans, quod melius est præscribit, datque singulis affectibus modum, ac mensuram convenientem.

*Senec.* Illam sequentibus, omnia expedita & facilia sunt: contra illam viuentibus, non alia vita est, quàm contra aquam nauigantibus. Dat enim cuique quod conuenit, & ne, dum manere possunt, intereant elaborat.

*Cicero.* Execrari solitus Socrates eum, qui primus vtilitatem à naturâ seiunxisset, & naturam appellabat honesti rationem, homini à natura insitam.

---

Die honghert ende dorst, is met 'tghereetst' te vreden,
Na leck're spijs' oft dranck hy hongh'rich niet en vvacht,
Natuer gheeft maet en vvet aen de begheerlickheden.
Het noodigh sy begheert, 'tonnoodigh sy veracht.

*Qui a grand faim, & soif, au premier met s'addonne,*
*Les morceaux delicats & le bon vin n'attent.*
*Nature aux appetits mesure & bride donne.*
*Vn peu du bien suffit pour son contentement.*

ANI-



## ANIMVS PVRGANDVS.

Lib. 1. epist. 2. *Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit.*

Carere debet, ait ille, omni affectu ad vitia, qui paratus erit ad virtutem.

*Val. Max.* Neque enim vllum finitur vitium, vbi oritur.

Cumque renuntiatur vitijs, statim adsciscitur virtus; nam ègressus vitiorum, virtutis operatur ingressum.

Lib. 3. Oda 24.

*Eradenda Cupidinis*
*Praui sunt elementa: & teneræ nimis*
*Mentes asperioribus*
*Formandæ studijs.*

---

Soo't vat niet suyuer is, al vvat ghy daer in-ghiet
Sal suer van smake zijn, soo het ghemoedt na vvenschen
Niet vvel ghesuyuert is, v arbeydt is om niet.
VVant alle dinck onreyn is voor d'onreyne menschen.

*Si le vaisseau n'est pur, ce que dedans versez,*
*N'aura iamais bon goust, si l'ame estant immunde,*
*N'est bien purifié, en vain vous trauaillez.*
*Le net, comme l'impur, tout est ord' à l'immunde.*

PHILO-



# PHILOSOPHIA VITÆ MAGISTRA.

Lib. 1. epist. 18.

*Inter cuncta leges, & percunctabere doctos:*
*Quâ ratione queas traducere leniter æuum:*
*Ne te semper inops agitet, vexetque Cupido:*
*Ne pauor & rerum mediocriter vtilium spes:*
*Virtutem doctrina paret Naturáne donet:*
*Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicum.*

Qui ad doctrinæ studia propendet, Tempori innixus, ab eruditis de vita rectè instituenda consilium petit: quo animi affectus, sibi molestos, à se reijciat, Timorem grauesque curas discutiat.

*Senec.* Studia enim optimè felicitatem extollunt, & facillimè calamitates minuunt.

Interrogatus Aristoteles, Philosophorum princeps, qua re ab indoctis differrent docti? *Qua viui*, inquit, *à mortuis*: hominem absque litteris, statuam esse veriùs quàm hominem sentiens.

*Socrates.* In bello quidem ferrum auro præstat ad defendendum se: in vita autem, eruditio diuitijs.

Pers. *——petite hinc iuuenesque senesque*
*Finem animæ certum, miserisque viatica canis.*

---

De vvijse schriften leest, hoort de gheleerde reden,
Hoe sacht'lick met den tijdt ghy ouer-comen meught,
Van Sorgh' en vrees' bevrijdt, hope en begheerlickheden.
Der vvijsen leeringh' streckt den mensch tot rust en deughdt.

*Des sages le conseil, & sçauoir perscrutez,*
*Comment auec le temps vous passerez la vie,*
*Franc de l'espoir, de peur, & des cupiditez.*
*Des doctes le sçauoir l'homme au salut conuie.*

MINER-



## MINERVA DVCE.

Lib. 1. epist. 1.

*Est quódam prodire tenus, si non datur vltra:*
*Feruet auaritia, miseróque cupidine pectus?*
*Sunt verba, & voces, quibus hunc lenire dolorem*
*Possis, & magnam morbi deponere partem.*
*Laudis amore tumes? sunt certa piacula, quæ te*
*Ter purè lecto poterunt recreare libello.*

Virum probum, Minerua verbis, scriptisque, ad vitæ tranquillitatem promouet: docetque Diuitias, Insignia honorum, Sellas curules, Fasces, Laureas, Statuas, Triumphos, & alia generis eiusdem, ab effrenatis Cupidinibus oblata, respuere.

*Senec.*

Relinque ambitum: timenda res est, vana, ventosa, nullum habens terminum.

Lib. 2. Satyr. 4.

*——quemvis mediâ erue turbâ:*
*Aut ob auaritiam aut miserâ ambitione laborat.*

---

Ghy sult haest zijn verlost door het vvel ouer-lesen
Van eenigh boecksken vvijs, soo v de eer-sucht quelt,
En drijft om voort te zijn in staet seer hoogh gheresen.
De VVijsheydt stilt 'tghemoedt vvelck d'eer-sucht heeft ontstelt.

*Bien tost, & doulcement en relisant vn liure*
*Sagesse contenant, tu seras deliuré,*
*Si l'enuie d'honneur par fois guerre te liure.*
*Doctrine rend repos à l'esprit alteré.*

DISCI-



# DISCIPLINÆ ANIMVS ATTENTVS.

Lib. 1. epist. 1.

*Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator,*
*Nemo adeò ferus est, qui non mitescere poßit,*
*Si modò culturæ patientem commodet aurem.*

Pallas sapientiæ, & Mercurius eloquentiæ Deus, rectam improbis hominibus Virtutis viam demonstrant.

*Pythag.* Qui breui tempore præ pudore disciplinam non patitur, omni tempore in pudore insipientiæ permanebit.

*Senec.* Quare verbis parcam? gratuita sunt: non possum scire, an ei profuturus sum, quem admoneo. Illud scio, alicui me profuturum, si multos admonuero: spargenda est manus: non potest fieri, vt non aliquando succedat, multa tentanti.

*Idem.* Cogito quàm multi corpora exerceant, ingenia quàm pauci; quantus ad spectaculum non fidele & lusorium fiat concursus, quanta sit circa bonas artes solitudo, quàm imbecilli animo sunt, quorum lacertos, humerosque miramur.

---

Soo nijdigh, toornigh, traegh, soo vvildt is niemandt niet,
VVijn-suypigh, of onkuysch, hy kan door vvijse reden
Te hooren zijn ghetemt, dat hy de ondeughdt vliedt.
Goey leeringhe vvel licht verandert 'smenschen seden.

*Il n'y a si malin, vitieux à merueille,*
*Qui par le Dieu Mercure, & Minerue conioincts,*
*Ne puiße estre domté, en bien prestant l'oreille.*
*Par doctrine les mœurs varient à tous points.*

DIV-



# DIVTVRNA QVIES VITIIS ALIMENTVM.

*——& , ni*
Lib. 1. epist. 2. *Posces ante diem librum cum lumine , si non*
*Intendes animum studiis & rebus honestis:*
*Inuidiâ , vel amore vigil torquebere.*

Vir prudens, mane recèns orto, è lecto consurgens, ad studia se comparat, vt libidini, inuidiæ, alijsque prauis affectibus aditum præcludat.

*Hesiod.* Aurora enim operis tertiam sortitur partem.

*Senec.* Debent homines viaticum senectutis litterarum studijs parare, discendo; ne defecerint insipienti animo, litteras tamquam baculum infirmo corpori repertas esse, eumdem finem esse discendique & viuendi.

*——vigilare decet hominem*
Plaut. *Qui vult sua tempori conficere officia:*
*Nam qui dormitat libenter , sine lucro , & cum malo*
*Quiescit.*

---

De VVijse vlijtigh is , en vroegh met goedt opset,
Voor dat den dagh verschijnt, beghint een dagh-vverck prijslick,
Eer sulcks de snoode lust oft nijdigheydt beler.
Die 'tquaedt door 'tgoedt voor-comt, doet vvel, en leeft seer vvijslick.

*Auant l'aube du iour le sage sur sa garde,*
*D'vn faict louable , & beau , sa iournee entreprend,*
*Craignant que Cupidon ou l'enuie l'engarde.*
*De preuenir le mal, c'est faict fort prudemment.*



# HABENDA IN PRIMIS ANIMI CVRA.

Lib. 1. epist. 2.

*Quæ lædunt oculos, festinas demere: si quid*
*Est animum, differs curandi tempus in annum.*

Lampson.

*Cura oculos, animum vitiis magis: hunc tibi Pallas*
*Aut sola, aut comite vt tempore curet, age.*

Minerua beneficio Temporis adiuta, mordacem Curam, ceterosque animi affectus molestos, humano pectori conatur eximere: at verò nos miseri, maiorem corporis, quàm animi curam, ferè solemus habere. Exemplum hîc vides Lippi, pro oculorum cura anxiè solliciti.

*Plutarch.*

Qui ægrotant animo, quò grauiùs ægrotant, hoc magis abhorrent à medico.

*Laert.*

Monebat Antisthenes ea paranda bona, quæ cum naufragio enatent. Bion verò formam, & venustatem bona aliena dicebat: animi verò, nostra atque immortalia.

---

Ghebreeckt het lichaem yet aen handt,
aen voet, of ooghen,
Elck men om hulpe vraeght; des geests genesingh' vroedt
Men met den Tijdt uyt-stelt, men vvilt
het niet ghedooghen.
Den mensch sorght meer voor't lijf, als
voor het eel ghemoedt.

*Si l'oeil, la main, ou pied endure des*
*tourments,*
*Chascun à l'aide court; la sage medeci-*
*ne*
*De l'ame est differee, sans cause auec le*
*temps.*
*Sur l'esprit bien souuent l'exterieur domi-*
*ne.*

EDV-



## EDVCATIONIS ET CONSVETVDINIS TYPVS.

*—— te ipſum*
Lib. 1. Satyr 3. *Concute, num qua tibi vitiorum inſeuerit olim*
*Natura, aut etiam conſuetudo mala. namque*
*Neglectis vrenda filix innaſcitur agris.*

*Valerius Max.* Lycurgus, is qui Lacedæmonijs leges condidit, cùm conaretur ciues ſuos à moribus præſentibus ad temperatiorem viuendi rationem traducere, (nam erant corrupti deliciis) duos educauit catulos, venaticum vnum, alterum domeſticum: venaticum paſſus eſt domi lautioribus veſci cibis, domeſticum eductũ venationibus exercuit. Dein cùm ambos produxiſſet in forum apud multitudinem, poſuit illic eſcas aliquas delicatiores; mox emiſit leporem. Cùm vterque raperetur ad aſſueta, alter eſcas, alter leporem inuaderet: An non videtis, inquit, ciues, duos catulos, ob diuerſam educationem admodùm diſsimiles euaſiſſe, plusque ad honeſtatem momenti habere exercitationem, quàm naturam?

*Cic.* Eligenda eſt optima vitæ ratio, quam conſuetudo iucundiſsimam reddet.

*Senec.* Educatio & diſciplina mores facit: & id ſapit vnuſquiſque, quod didicit. Itaque bona conſuetudo excutere debet, quod mala inſtruxit: bene docet loqui bene facere.

*—— nihil aßuetudine maius.*
Ouid. *Quod malè fers, aßueſce, feres bene, multa vetuſtas*
*Lenit.*

---

Hem t'onder-ſoecken ſelf, voeght vvel een deughdtſaem man,
Van ondeught ſchandelick v niet en laet verheeren,
Licurgus iacht-hondt traegh, ons ſeer vvel leeren kan.
Ghevvoonte kan natuer van 'tgoedt, in 'tquaedt verkeeren.

*Du ſage Licurgus le leurier n'imitez.*
*Soignez à voſtre faict, des vices la ſemence*
*Ne nourrißez en vous, ains la desracinez.*
*Nature ſe corrompt par male accouſtumance.*

CON-



## CONSCIENTIA MILLE TESTES.

Lib. 1. epist. 1. *——hic murus aheneus esto:*
*Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.*

Vir bonus de famæ præconio haudquaquam sollicitus, sua se conscientia oblectat: murum aheneum vitijs obijcit.

Stobæus. Interrogatus Bion, quænam res in vita metu careret? *Bona conscientia*, respondit.

Cicero. Vacare culpa, maximum est solatium.

Ouid. *Conscia mens vt cuique sua est, ita concipit intra*
*Pectora, pro facto spemq; metumque suo.*
*Conscia mens recti famæ mendacia ridet:*
*Sed nos in vitium credula turba sumus.*

Plaut. *Nihil est miserius, quàm animus hominis conscius.*

Auson. *Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit Rex.*

---

Dees' man vraeght na gheen faem, noch
haer oorket'lick vleyen,
VVant hy rust aen dees' muer van harde
stael ghevvracht,
Die van d'ondeughden snoo hem seker
houdt ghescheyen.
Om Famaes leughens al een goey conscientie lacht.

*Celuy n'estime point de fame la trompette,*
*Qui pres d'vn mur d'acier vit à son doulx repos,*
*Qui le tient separé des vices qu'il reiecte.*
*L'homme de bien se rit de fame à tout propos.*

HO-



## HONESTE ET PVBLICE.

Lib. 1. epist. 16. *Tu rectè viuis, si curas esse quod audis.*

Lampson. *Vir bonus, inspice, ait sodes, ô fama, quod ante*
*Pectus, & à tergo, mantica nostra gerit.*
*Quin nostræ tibi nulla domi volo clausa fenestra,*
*Ianua nulla tibi, nulla sit arca tibi.*

Bonus vir, vt ait ille, non audet quidquam cogitare, aut facere, quod non audeat prædicare. Socrates ad gloriam hanc viam proximam esse dicebat, si quis ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset.

*Lips. in Exemplis Polit.* Liuius Drusus, cùm domum in palatio ædificaret, & architectus offerret ita se structurum, vt libera ab arbitris, & omni despectu esset: *Quin tu potiùs*, inquit, *si quid in te artis est, ita compone domum meam, vt quidquid agam, ab omnibus inspici possit.* Vox magnifica, vox laudanda.

*Senec.* Nihil opinionis caussâ, omnia conscientiæ faciam. Populo spectante fieri credam, quidquid me conscio faciam.

---

Ter vverelt hy vvel leeft, de ghene die magh lijden,
Dat achter in sijn sack de faem sijn daden siet,
En alles open stelt voor haer aen alle sijden.
Die doet al vvat behoort, heeft hem te schamen niet.

*Ioyeux au monde vit, qui souffre que sa vie,*
*La renommee de pres en sa besace voit,*
*Et rien en lieux secrets cacher ne se soucie.*
*l'Infamie ne craint, qui faict bien ce qu'il doibt.*

NI-



## NIHIL SILENTIO VTILIVS.

Lib. 3. od. 2.

*Eſt & fideli tuta ſilentio*
*Merces.*

Lib. 1. epiſt. 18

*Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius vmquam:*
*Commiſſumque teges, & vino tortus, & ira.*

Harpocratem hîc vides, ſilentij Deum, digito labellum, quamquam media inter vina, & iram, compeſcentem.

Nihil æquè proderit quàm quieſcere, & minimùm cum alijs loqui, & plurimùm ſecum.

Cato.

*Virtutum primam eſſe puta, compeſcere linguam:*
*Proximus ille Deo, qui ſcit ratione tacere.*

*Neſcit vox miſſa reuerti.*

Lib. 1. epiſt. 17.

*— tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet*
*Plus dapis, & rixæ multò minus inuidiæque.*

*Laert.* Xenocrates in conuiuio rogatus, cur ceteris garrientibus ipſe taceret? *Numquam*, reſpondit, *tacuiſſe pœnituit; locutum ſæpius.* Idem quoque diem ſuas in partes diſtribuens, etiam ſilentio ſuam adtribuit.

---

Den heymelicken raedt vvilt nimmer openbaren,
Doet als Harpocrates, ſijn leer in 'therte prent,
By dranck, oft zijnde gram, 'tſecreet vvilt vvel bevvaren,
'tGhetrouvv' ſtil-ſvvijghen gheeft een ſek'ren loon in't ent.

*Que le ſecret par vous ne ſoit point reuelé,*
*Harpocrate imitez, & le conſeil qu'il donne,*
*Ayant bien beu du vin, ou eſtant courroucé.*
*Le ſilence fidel ſon maiſtre en fin guerdonne.*

APO-


S P Q R

## A POCVLIS ABSINT SERIA.

Lib. 1.
Satyr. 2.

*Discite non inter lances, mensásque nitentes*
*Cùm stupet insanis acies fulgoribus, & cùm*
*Acclinis falsis animus, meliora recusat:*
*Verum hic impransi mecum disquirite. cur hoc?*
*Dicam si potero, malè verum examinat omnis*
*Corruptus iudex.*

*Cicero.*

Cùm sumus necessarijs negotijs curisque vacui, tum auemus aliquid videre, audire, discere, cognitionemque rerum, aut occultarum, aut admirabilium, ad bene beateque viuendum necessariam ducimus.

Menand.

*Quàm nihil disciplina, nisi mens adsit.*

Hæc enim, corpore cibo potúve aggrauato, assurgere aut fungi officio suo nequit. hinc altercatio nascitur, qua veritas amittitur; hæc autem à sobrijs & ieiunis, disputando elicitur.

*Plutarch.*

Geminius à Romanis ad Antonium Legatus missus, vt omnia tentaret, per quæ cum Octauio redire in gratiam posset, vocatus in conuiuium ab Antonio, præsenteque Cleopatrâ, monetur vt mandata proferat. Cui Geminius: *Quæ tibi dicere, Antoni, iussus sum, cum sobrio & alio in loco tractanda sunt.*

Als 'tlichaem vverdt ghespijst, en d'uyterlicke sinnen,
Seer qualick saken hoogh van gheestelicken grondt,
VVel konnen zijn verstaen, en 'tmerch ghesmaeckt van binnen.
De siel, en lijf vvil zijn ghevoedt na tijdt en stondt.

*Lors qu'on repaist le corps, les choses serieuses.*
*De grand intelligence, on ne peult esclaircir,*
*Ou souldre proprement les questions doubteuses,*
*Le corps & l'ame on doibt selon le temps nourrir.*

AMANT



## AMANT ALTERNA CAMOENÆ.

Lib.4. od.12. *Misce ſtultitiam conſiliis breuem;*
*Dulce eſt deſipere in loco.*

Animi laxationem, quam breuem Poëta Stultitiam nuncupat, Palladi commendat Occaſio.

Heſiod. *Occaſio omnium rerum optima.*

Seneca. *Poſt multa virtus opera laxari ſolet.*

Vt ſaltator ſeu hiſtrio, dum eximium meditatur ſaltum, non nihil retrocedit:

Sic ſtrenui tempeſtiua laboris intermiſsione ad laborandū fiunt vegetiores. Id vidit, cui nulla pars ſapientiæ obſcura fuit, Socrates: ideoque non erubuit tunc, cùm interpoſitâ arundine cruribus ſuis, cum paruis filiolis ludens, ab Alcibiade riſus eſt. *Valerius Maximus.*

Iuuat interdum

Lib.2. Satyr.3. *Ludere par, impar, equitare in arundine longa.*

Lib.1. epiſt.6. *Inſani ſapiens nomen ferat, æquus iniqui,*
*Vltra quàm ſatis eſt, virtutem ſi petat ipſam.*

Ouid. *Otia corpus alunt, animus quoque paſcitur illis:*
*Immodicus contrà carpit vtrumque labor.*

---

Een cleyne ſotterny met oorſaèc mènght ſom-tijden
Tuſſchen v vvijſlick vverck, vol ernſt, moeyt' en pijn.
'tIs ſoet na tijdt, en plaets, vvat ſot'lick te verblijden.
By vvijlen moet als 'tpaſt den boogh ontſpannen zijn.

*Selon l'occaſion quelqueſois ſagement*
*Le penible labeur meſlez d'vne folie*
*Petite, & admettez ſa doulceur prudemment.*
*Vn arc touſiours tendu perd roydeur & ſurie.*

FE-



## FESTINA LENTE.

Lib. 1. Satyr. 10.

*—— ridiculum acri*
*Fortiùs, & meliùs magnas plerumque secat res.*

*Valerius Maximus.*

Sertorius corporis robore, atque animi consilio parem naturæ indulgentiam expertus, proscriptione Sullana dux Lusitanorum fieri coactus, cùm eos oratione flectere non posset, ne cum Romanorum vniuersa acie confligere vellent, vafro consilio ad suam sententiam perduxit. Duos enim in conspectu eorum constituit equos, alterum validissimum, alterum infirmissimum: ac deinde validi caudam ab imbecillo sene paulatim carpi, infirmi, à iuuene eximiarum virium, vniuersam conuelli iussit. Obtemperatum imperio est. Sed cùm adolescentis dextra irrito se labore fatigat, senio confecta manus ministerium executa est. Tunc pró concione subiecit: Equi caudæ consimilem esse Romanorum exercitum, cuius partes aliquis aggrediens opprimere possit: vniuersum conatus prosternere, celeriùs tradiderit victoriam quàm occupauerit.

Plaut.

*Tardiùs absoluit, qui nimium properat.*

Claudian.

*—— peragit tranquilla potestas,*
*Quod violenta nequit.*

---

Den swacken man 'tsterck peerdt sijn steert uyt-track by hayren,
'tWelck t'sessens niet con doen, 'tswack peerdt den stercken man.
Sertorius onderwees hier mede de barbaren;
Belachlickheyt soo wel als strafheydt leeren kan.

*l'Homme debil tira poil apres poil en fin,*
*La queue au fort cheual, ce qu'en vn seul coup faire*
*Ne peult l'homme puissant par force à son rousin.*
*Mené, plus que tiré veult estre le vulgaire.*

ME-



## MEDIIS TRANQVILLVS IN VNDIS.

Lib. 3. *Iustum & tenacem propositi virum,*
Od. 3. *Non ciuium ardor praua iubentium,*
*Non vultus instantis tyranni,*
*Mente quatit solida, neque Auster,*
*Dux inquieti turbidus Hadriæ,*
*Nec fulminantis magna Iouis manus:*
*Si fractus illabatur orbis,*
*Impauidum ferient ruinæ.*

*Stobæus.* Socratis commune adagium, vt statuam in sua basi, ita virtuti ac bono proposito nixum, immotum esse debere,

Virg. *Ac si dura silex aut stet Marpesia cautes.*

*Plutarch.* Anaxarchus, cùm à Nicocreonte Cypri tyranno in saxo concauo tunderetur, Philosophus animo infracto; *Tunde, tunde*, ait, *Anaxarchi vasculum: eius constantiam non teres.*

---

Het dreyghen des tyrans, 'toproer, en 'tvolcks gheschal,
Den vromen sijn ghemoet, in 'tgoet niet kan ontsetten,
Den blixem sonder schrick hy dult, en 'svvereldts val.
Hy die rechtveerdich leeft, niet kan sijn rust beletten.

*La fureur d'vn tyran l'esmeute & cacquetter*
*Du peuple, au resolu courage ne faict bresche,*
*Sans peur il est, s'il void le foudre, ou ciel tomber.*
*Le iuste faisant droit rien son repos n'empesche.*

IN-



# INNOCENTIA VBIQVE TVTA.

Lib. 1. od. 22.

*Integer vitæ, scelerisque purus,*
*Non eget Mauri iaculis, nec arcu,*
*Nec venenatis grauida sagittis,*
*Fusce, pharetra.*
*Siue per Syrtes iter æstuosas,*
*Siue facturus per inhospitalem*
*Caucasum, vel quæ loca fabulosus*
*Lambit Hydaspes.*

*Sueton.*

Titus Vespasianus audiens prædecessores suos multis à subditis iniurijs affectos: *Nemo*, inquiebat, *me iniuria afficiet, quia nihil ago, quod alios lædere posßit.*

---

Den goeden mensch, en heeft gheen vvapenen van noode,
VVant sijn onnooselheydt, en sijn deught hem bevvaert,
Al ist door berghen vvoest, vol vvreede beesten snoode.
De vrome leeft gherust in alles onuervaert.

*Des armes n'a besoing l'homme de bien, & sage,*
*Car sa ronde innocence, & vertu l'affranchit,*
*Paßant par monts ou soyent animaulx pleins de rage.*
*Le iuste n'a point peur, ains bien tranquille vit.*

MOR-



K

## MORTIS FORMIDO.

Lib. 3. Od. 1. *Districtus ensis cui super impia*
*Ceruice pendet, non Siculæ dapes*
*Dulcem elaborabunt saporem:*
*Non auium, citharæque cantus*
*Somnum reducent. Somnus agrestium*
*Lenis virorum non humiles domos*
*Fastidit, vmbrosamque ripam,*
*Non Zephyris agitata Tempe.*

Cicero. Dionysio cùm quidam ex eius assentatoribus Damocles, commemoraret in sermone opes eius, ac maiestatem, negaretque vnquam beatiorem quemquam fuisse: Visne igitur (inquit) ô Damocle, fortunam experiri meam? Cùm se ille cupere dixisset, collocari iussit hominem in sella sua regia, tum ad mensam eximia forma pueros delectos iussit consistere, eosque ad nutum illius intuentis diligenter ministrare: incendebantur odores, mensæ conquisitissimis epulis exstruebantur: fortunatus sibi Damocles videbatur. In hoc medio apparatu, fulgentem gladium è lacunari seta equina aptum demitti iussit, vt impenderet illius beati ceruicibus. Itaq; nec plenum artis argentum, nec manum porrigebat in mensam. Denique exorauit tyrannum, vt abire liceret, quòd iam beatus nollet esse. Satisne videtur declarasse Dionysius, nihil esse ei beatum, cui semper aliquis terror impendeat?

Senec. *Quisquámne regno gaudet? o fallax bonum,*
*Quantum malorum quàm fronte blanda tegis?*
*Necesse est vt multos timeat, quem multi timent.*
*Venenum auro bibitur: expertus loquor.*

Den koninck Dionijs in 'skonincks stoel eens stelde
Damocl', om dat hy prees den staet des koninckx meest,
Maer 'tsvveert bouen sijn hooft met schrick de vvaerheydt melde.
Gheluckigh is hy niet, noch vry, de vvelcke vreest.

*Vn roy constitua Damocle en son estat,*
*Qui par trop le louoit en sa fortune fainte,*
*Mais la pendante espee la verité monstrat,*
*Que nul peut estre heureux, qui tousiours vit en crainte.*

FRV-



# FRVGALITATIS EXEMPLAR.

Lib. 4. Od. 16. *Viuitur paruo bene, cui paternum*
*Splendet in mensa tenui salinum:*
*Nec leueis somnos timor, aut Cupido*
*Sordidus aufert.*

Lib. 1. Epist. 12. *Pauper enim non est, cui rerum suppetit vsus,*
*Si ventri bene, si lateri est, pedibusque tuis, nil*
*Diuitiæ poterunt regales addere maius.*

Lib. 1. Satyr. 3. *——modò, sit mihi mensa tripes, &*
*Concha salis puri, & toga, quæ defendere frigus,*
*Quamuis crassa, queat.*

Iuuenal. *——nulla aconita bibuntur*
*Fictilibus: tunc illa time, cùm pocula sumes,*
*Gemmata, & lato setinum ardebit in auro,*

*Phocion.* Satiùs est, humi cubantem viuere, & bono animo esse, quàm perturbatum, in aureo lecto.

Lib. 1. Epist. 17. *Nec vixit malè, qui natus, moriensque fefellit.*

*Laert.* Rogatus Socrates, Quisnam Dijs esset simillimus? *Is*, inquiebat, *qui paucissimis eget: cùm Dij nullius indigeant.*

*Ammian.* Cyrus percontanti hospiti, quid in cænam sibi apparari vellet? respondit, *Præter panem nihil: nam spero me prope riuum cænaturum.*

---

Met vveynigh leuen vvel die 'svaders goedt ghenieten
Op hunne tafel cleyn, vviens lichte slaepkens soet
Quaey lust niet vvegh enneemt, noch vreese doet verschieten.
't Genoeghen met het sijn gherust'lick leuen doet.

*Heureux cil qui iouit, à sa petite table*
*Des moyens paternels, le doulx sommeil n'ayant*
*Troublé de conuoytise, ou de peur effroyable.*
*Qui est content du sien, vit bien paisiblement.*

PO-



## POTESTAS POTESTATI SVBIECTA.

Lib. 3. Od. 1.

*Regum timendorum in proprios greges,*
*Reges in ipsos imperium est Iouis,*
*Clari Giganteo triumpho,*
*Cuncta supercilio mouentis.*

Senec.

*Vos quibus rector maris atque terræ*
*Ius dedit magnum, necis, atque vitæ:*
*Ponite inflatos, tumidosque vultus.*
*Quidquid à vobis minor extimescit,*
*Maior hoc vobis dominus minatur.*
*Omne sub regno grauiore regnum est.*

*Ioseph.* Herodes Agrippa, cùm veste regia indutus pro tribunali sederet, eumque Deum assentatores salutarent, & paulo pòst grauissimis cruciatibus correptus, se ad necem trahi videret, ad amicos conuersus: *En*, ait, *quem Deum immortalem salutastis; iam mortalis vitam relinquere iubeor, fatali necessitate vestrum arguente mendacium.*

---

Elck een den koninck eert, elck doet vvat hy ghebiedt,
'tSchijnt hy alleen is vry, en leeft als d'onveruaerden,
Maer Iupiters ghevvenck den koninck oock ontsiet.
Het is hier al onvry, en niemant vry op aerden.

*Chascun cherit le roy, l'honore, & l'obeyt,*
*Luy seul semble estre franc, mais au clin d'oeil que donne*
*Le Dieu foudre tonnant, le roy paoureux fremit.*
*Nous sommes tous subiects, & libre n'est personne.*

QVIS



## QVIS DIVES? QVI NIL CVPIT.

Lib. 2. Od. 2.

*Latiùs regnes auidum domando*
*Spiritum, quàm si Libyam remotis*
*Gadibus iungas, & vterque Pœnus*
*Seruiat vni.*
*Redditum Cyri solio Phraäten,*
*Dissidens plebi, numero beato-*
*rum eximit Virtus, populumq́ue falsis*
*Dedocet vti*
*Vocibus; regnum & diadema tutum*
*Deferens vni, propriamq́ue laurum:*
*Quisquis ingentes oculo irretorto*
*Spectat aceruos.*

Senec.

*Habere regnum fors est; virtus, dare.*

*Rex est, qui posuit metus,*
*Et diri mala pectoris:*
*Quem non ambitio impotens,*
*Et numquam stabilis fauor*
*Vulgi præcipitis mouet.*
*Qui tuto positus loco,*
*Infra se videt omnia.*

Lib. 3. Od. 24.

*Si quæret, Pater vrbium,*
*Subscribi statuis, indomitam audeat*
*Refrenare licentiam*
*Clarus postgenitis.*

---

Die sijn gheest greetigh temt, veel verder
sal regieren,
Dan of hy voeghde t'saem veel koninck-
rijcken groot.
De sulcke comt de Deught met kroon', en
lauren cieren,
Die met gheen slimme oogh' aen-siet veel
hoopen root.

*Qui bride ses desirs, plus loing gouuer-*
*nera,*
*Que s'il conquist plusieurs royaulmes soubs*
*sa garde,*
*Celuy d'vn verd laurier la vertu orne-*
*ra,*
*Qui d'vn oeil non-cleignant des monceaux*
*d'or regarde.*



L.

uer-
oubs
rne-
eaux
A-

## SAPIENTIÆ LIBERTAS.

Lib.2. *Quiſnam igitur liber? ſapiens, ſibi qui imperioſus:*
Satyr 7. *Quem neque pauperies, neque mors, neque vincula terrent:*
*Reſponſare cupidinibus, contemnere honores,*
*Fortis, & in ſeipſo totus teres, atque rotundus:*
*Externi ne quid valeat per læue morari:*
*In quem manca ruit ſemper fortuna.*

*Epictet.* Liber eſt qui viuit vt vult, quem neque eſt cogere, neque prohibere, neque vim adferre.

*Lipſius in Manud uct.* Illa, inquam, eſt, abſoluta hæc, & compendio dicenda libertas: non homines timere, non fortunam; nec turpia velle, nec nimia; in ſeipſum habere maximam poteſtatem.

Inæſtimabile bonum eſt ſuum fieri.

Lib. 1. *Ad ſummum ſapiens vno minor eſt Ioue, diues,*
Epiſt. 1. *Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.*

*Laërt.* Dionyſio recitante verſiculos illos Sophoclis:

*Quiſquis tyranni ad tecta ſe contulit,*
*Fit ſeruus illi, liber etſi venerit:*

Ariſtippus, arrepto poſteriore, reſpondit:

*Haud ſeruus eſt, ſi liber illuc venerit.*

Quia, inquiebat, verè liber non eſt, niſi cuius animum ſpe metúque liberauit Philoſophia.

---

De vvijſe alleen is vry, die ſelue hem ghebiedt,
Niet dat van buyten comt hem eenighſins kan dvvinghen,
'tZy ſtaet, fortuyne, luſt, doodt, armoey oft verdriet.
Die ſijn ghemoedt verheert, is bouen alle dinghen.

*Le ſage ſeul n'eſt ſerf, eſtant de ſoy le maiſtre,*
*Par, pauureté, priſon, par mort le menaçant,*
*Honneur, bonheur, eſtat, eſmeu il ne peut eſtre.*
*Surmonte, & dompte tout, ſes paſsions frenant.*



# NIMIVS PAVPERTATIS METVS
## LIBERTATI NOXIVS.

Lib. 1. Epist. 10.

*Sic qui pauperiem veritus, potiore metallis*
*Libertate caret, dominum vehet improbus, atque*
*Seruiet æternùm, quia paruo nesciat vti.*

Vides hunc miserum, propter nimium paupertatis metum, libertatis pileum abdicantem? Atque idem iste, cernis, vt dorso asini istar herum auro onustum vehat? Quinimo ad pistrinum flagellis se cogi patiatur.

Menand.

*Paupertatem ferre non omnis, sed viri sapientis.*

---

Door onnutt' armoeys vrees, gheeft vvegh sijn vrijheydt heerlick,
Dees', die d'onmaet maeckt slaef, en om 'tgoet met oneer,
Des rijckaerts toom, en svveep, en moetvvil lijdt seer deerlick.
Die veel begheert vverdt slaef, die't cleyn vernoeght, blijft heer.

*Celuy qui pauureté par son intemperance*
*Craignant, quitte à autruy sa chere liberté,*
*Du riche se fait serf, souffrant son insolence.*
*l'Homme content est libre, & serf l'intemperé.*

SORS



## SORS SVA QVEMQVE BEAT.

Lib 4. Od. 9.

*Non possidentem multa, vocaueris*
*Rectè beatum, rectius occupat*
*Nomen beati, qui Deorum*
*Muneribus sapienter vti,*
*Duramq; callet pauperiem pati,*
*Peiusque leto flagitium timet.*
*Non ille pro caris amicis*
*Aut patria, timidus perire.*

Baucis & Philemon, vt inter mortales beatissimi, quòd sorte sua essent contenti, à Ioue & Mercurio inuisuntur,

Seneca.

*Stet quicumque volet potens,*
*Aulæ culmine lubrico,*
*Me dulcis saturet quies*
*Obscuro positus loco,*
*Leni perfruar otio.*
*Nullis nota Quiritibus*
*Ætas, per tacitum fluat:*
*Sic cùm transierint mei*
*Nullo cum strepitu dies,*
*Plebeius moriar senex.*
*Illi mors grauis incubat,*
*Qui notus nimis omnibus,*
*Ignotus moritur sibi.*

---

Philemon d'oude-man, en Baucis na vermoghen
De Goden onbekent, onthaelden aen hun dis,
Met spijs, en dranck, en hen herbergh-den uyt me-dooghen.
By nootdruft is niet arm, die rijck van herten is.

*Mercure vn iour ça bas, & Iupiter son pere,*
*Philemon, & Baucis, d'vn vouloir non petit,*
*Receurent en leur logis, leur faisant bonne chere.*
*Le liberal n'est pauure, ayant tant que suffit.*

AGRI-



## AGRICVLTVRÆ BEATITVDO.

Lib. epod. od. 2.

*Beatus ille, qui procul negotijs,*
*Vt prisca gens mortalium,*
*Paterna rura bobus exercet suis,*
*Solutus omni fenore:*
*Nec excitatur classico miles truci,*
*Nec horret iratum mare,*
*Forumque vitat, & superba ciuium*
*Potentiorum limina.*

Cicero. Omnium rerum, ex quibus aliquid requiritur, nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius, nihil libero homine dignius.

Hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris. Nulla vita beatior esse potest, neque solùm officio, sed & delectatione & saturitate copiaque rerum omnium, quæ ad victum hominum & cultum etiam pertinent.

*O fortunatos nimium, sua si bona nôrint,*
*Agricolas, quibus ipsa procul discordibus armis*
*Fundit humi facilem victum iustissima tellus!*

Stob. Musonius Cheneum Mysonem sapientem, Aglaum autem Psophidium felicem appellauit. Caussam rogatus: *Quia*, inquit, *vrbana habitatione abstinentes, ruri agunt, suisque manibus laborant.*

---

Gheluckigh leeft den man, die ploeght
sijn vaders landen,
Den vvijn-stock houwelickt aen d'ollem-
boom met lust,
Van trotse rijckaerts vry, en vvoeckeri-
ghe tanden.
Den landt-man onbenijdt leeft vrolick en
gherust.

*Heureux, qui de ses mains le terroir de son*
*pere*
*Laboure, en mariant la vigne auec l'or-*
*meau,*
*Exempt de tout orgueil, d'vsure, & vitu-*
*pere.*
*L'estat du paysan est fort tranquille &*
*beau.*

AVA-



# AVARITIÆ MALVM.

Lib. 3. Od. 16.

*Crescentem sequitur cura pecuniam,*
*Maiorumque fames.*

Cicero. Tu dies noctesque cruciaris, cui non sat est, quod est: & ipsum quod habes, ne diuturnum sit futurum, times: neque enim vmquam expletur, aut satiatur cupiditatis sitis; neque solùm, ea quæ habes, libidine augendi cruciaris, sed amittendi metu.

Iuuenal. *Interea pleno cùm turget sacculus ore,*
*Crescit amor nummi, quantùm ipsa pecunia crescit:*
*Et minùs hanc optat, qui non habet.*

---

Met ghelts vermeerd'ringh groot, veel sorghen volghen knaeghlick.
En 'shebbens lust te meer door 'tghelt seer hong'righ vvast,
De sorghen pijnlick zijn, maer 'tghelt is seer behaeghlick.
Seer selden groot ghemack, is sonder svvaren last.

*l'Accroissement d'argent la faim d'auoir augmente,*
*Et des sombres soucis de prest poursuiuy,*
*Fort agreable est l'or, mais la peine est poignante.*
*Grand' aise rarement ne va sans grand ennuy.*

MEN-



# MENTIS INQVIETVDO.

Lib. 2. Od. 26.

*Non enim gazæ, neque consularis*
*Summouet lictor miseros tumultus*
*Mentis, & curas laqueata circum*
*Tecta volanteis:*

Lib. 1. Epist. 2.

*Non domus & fundus, non æris aceruus, & auri,*
*Ægroto domino deduxit corpore febres,*
*Non animo curas: valeat possessor oportet,*
*Si comportatis rebus, bene cogitat vti.*

Ouid.

*Attenuant vigiles corpus miserabile curæ,*
*Aduritque cutem macies.*

Seneca.

*—— nouit paucos*
*Secura quies*

---

Gheen knechten vvacht, gheen vlijt, noch cracht, en kan veriaghen
De sorghen van 'tghemoedt, niet baet, staet, eer oft ghelt.
In 'tschoon ghevvelfde hof is 'tnest van dese plaghen.
Den maghtighen vverdt meest met sorghen seer ghequelt.

*Par l'or, l'estat, l'argent, la garde, n'y l'addresse*
*Les noirs soucis poignants ne sont point dechassez.*
*Au beaux lambris des cours se loge ceste presse.*
*Les grands le plus souuent sont des soucis rongez.*



# CVRÆ INEVITABILES.

Lib. 2. Od. 16.

*Scandit æratas vitiosa naueis*
*Cura: nec turmas equitum relinquit,*
*Ocyor ceruis, & agente nimbos*
*Ocyor Euro.*

*—— timor & minæ*

Lib. 3. Od. 1.

*Scandunt eòdem quò dominus: neque*
*Decedit ærata triremi, &*
*Post equitem sedet atra cura.*

Virg.

*Quisque suos patimur manes; sua quemque remordet*
*Cura.*

Statius.

*—— inuigilant animo, scelerisque parati*
*Supplicium exercent curæ.*

---

De sorghen snel als vvint de hooghe schepen plaghen,
'tZy ruyters oft voet-volck, sy nimmermeer ont-slaen,
Sy sitten op hun rugh, en pijnelick hen knaghen,
Hoe snel dat menigh'vlucht, hy kan gheen sorgh' ontgaen.

*Les soucis gens de pied & de cheual tourmentent,*
*En croupe les rongeants, sans les vouloir quitter,*
*Isnels comme le vent, les hautes nefs ils hantent,*
*Nul pour beaucoup fuir le soing peut euiter.*

GRAN-



## GRANDE MALVM INVIDIA.

Lib. 1: Epist. 2.

*Inuidus alterius macreſcit rebus opimis:*
*Inuidiâ Siculi non inuenêre tyranni*
*Tormentum maius.*

Perillus Athenienſis, faber ingenioſus, ad Phalaridem Agrigentinorum in Sicilia tyrannum veniens, in eius gratiam taurum ex ære artificioſiſsimum ædificauit, vt rei incluſi ſubiectóque igne torti, non hominis vocem, ſed mugitum emittere viderentur. Pro quo iuuento, cùm munus à tyranno artifex poſtulaſſet, in hunc ipſum taurum primus, eius iuſſu, Perillus conijcitur, & ſuppoſito igne exuritur.

*Socrates.* Malum alienum ne tuum feceris gaudium.

*Seneca.* Inuidiam effugies, ſi te non ingeſſeris oculis: ſi bona tua non iactaueris: ſi ſciueris in ſinum gaudere.

Heſiod. *Inuidia conſumit inuidentium oculos & cor.*

---

Noyt ſulcke vvreede pijn' tyran verſieren konde,
Perillus ſtier ſoo ſtrengh noyt ſulcken loon hem gaf,
Als vvel de nijdt haer gheeft, met knaghingh t'allen ſtonden.
De magh're nijdigheydt is ſelfs haer beul en ſtraf.

*A la rongeante enuie nul tourment ie n'ordonne,*
*Iamais ne fut trouué de Peril le taureau*
*Supplice ſi cruel, que tel quelle ſe donne,*
*l'Enuie eſt de ſoy le iuge & le bourreau.*



## CVLMEN HONORIS LVBRICVM.

Lib. 2.
Od. 10.

*Auream quiſquis mediocritatem*
*Diligit, tutus caret obſoleti*
*Sordibus tecti, caret inuidenda*
*Sobrius aula.*
*Sæpiùs ventis agitatur ingens*
*Pinus, & celſæ grauiore caſu*
*Decidunt turres, feriuntque ſummos*
*Fulmina montes.*

Seneca.

*Felix, mediæ quiſquis turbæ,*
*Parte quietus, aura ſtringit*
*Litora tuta, timidusque mari*
*Credere cymbam, remo terras*
*Propiore legit.*

Lib. 2.
Epiſt. 2.

*Pauperies immunda domus procul abſit, ego vtrum*
*Naue ferar magna, an parua, ferar vnus & idem.*
*Non agimur tumidis velis, Aquilone ſecundo:*
*Non tamen aduerſis ætatem ducimus Auſtris.*

*Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra*
*Fortunam debet quiſque manere ſuam.*

---

Die maet bemindt, ſal zijn 'tbenijde hof ontſlaghen,
En vuyle hutten ſlecht, de ſnelle blixem ſlaet
De hooghe torens meeſt, en ſmaet de hutten draghen.
Gheruſt en veylighſt' is den middelbaren ſtaet.

*Le temperé s'exempte de la court enuiee,*
*Et de la loge ſale, ſouuent là foudre abbat*
*La plus ſuperbe tour, la loge eſt dedaignée.*
*Le moindre danger eſt au mediocre eſtat,*



# MVLTIPLEX AVARITIÆ PRÆTEXTVS.

Lib. 1. Satyr. 1.

*Ille grauem duro terram qui vertit aratro,*
*Perfidus hic caupo, miles, nautæque per omne*
*Audaces mare qui currunt: hac mente laborem*
*Sese ferre, senes vt in otia tuta recedant,*
*Aiunt, cùm sibi sint congesta cibaria: sicut*
*Paruula, nam exemplo est, magni formica laboris,*
*Ore trahit quodcumque potest, atque addit aceruo,*
*Quem struit, haud ignara, ac non incauta futuri:*
*Quæ, simul inuersum contristat Aquarius annum,*
*Non vsquam prorepit, & illis vtitur antè*
*Quæsitis patiens.*

Lucret.

*Ergò hominum genus incassum frustráque laborat*
*Semper, & in curis consumit inanibus æuum:*
*Nimirum, quia non cognouit, quæ sit habendi*
*Finis, & omninò quò adcrescat vera voluptas.*

---

Den Landt-man, Schipper, VVeert, Soldaet, ia elck daer neuen,
Seyt 'tarbeyen, om te zijn in d'ouderdom in rust,
Als mierkens 'somers doen, om 'svvinters van te leuen.
Den mensch ghebruyckt veel lists, om decken 'shebbens lust.

*Le Paysan, Soldat, l'Hoste, & le Marinier,*
*Dit que son trauail est au repos de veillesse,*
*Semblable à la fourmy, qui emplit son grenier.*
*Soubs ombre de pourueoir, l'auare acquiert richesse.*

NIL



# NIL AVRI CVPIDVM REFRÆNAT.

*——cùm te neque feruidus æſtus*
Lib. 2. *Demoueat lucro, neque hyems, ignis, mare, ferrum,*
Satyr. 1. *Nil obſtet tibi, dum ne ſit te ditior alter:*
*Sic feſtinanti ſemper locupletior obſtat.*
*Vt, cùm carceribus miſſos rapit vngula currus,*
*Inſtat equis auriga, ſuos vincentibus, illum*
*Præteritum temnens extremos inter euntem.*
*Inde fit, vt raro, qui ſe vixiſſe beatum*
*Dicat, & exacto contentus tempore vitæ*
*Cedat, vti conuiua ſatur reperire queamus.*

Propert. *Ergò ſollicitæ tu cauſſa pecunia vitæ es,*
*Per te immaturum mortis adimus iter:*
*Tu vitijs hominum crudelia pabula præbes,*
*Semina curarum de capite orta tuo.*

*——ſi neque feruidis*
*Pars incluſa caloribus*
Lib. 3. *Mundi, nec Boreæ finitimum latus,*
Od. 24. *Durat æque ſolo niues*
*Mercatorem abigunt? horrida callidi*
*Vincunt æquora nauitæ.*

*—— plures nimiâ congeſta pecunia curâ*
Iuuen. *Strangulat, & cuncta exſuperans patrimonia cenſus.*
Sat. 10.

---

Dees' man vverdt niet bevveeght om 'tvvinnen te begheuen
Door hitte, couvv', onvveer, zee, boeyen, vier, noch ſvvaert,
Ten eynde een ander niet als hy ſou rijcker leuen.
De onuernoeghde menſch vvil zijn voor al vermaert.

*l'Orage ne fait peur, n'y le glaiue à ce ciche,*
*Ni froid, priſon, ni fer, luy peut faire quitter*
*Le gaing, pourueu qu'il ſoit plus que les autres riche.*
*l'Inſatiable eſprit n'eſt point à contenter.*

PECV-



## PECVNIA A BONO ET HONESTO ABSTRAHIT.

*Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui*
*Semper in augenda festinat, & obruitur re.*

Lib. 1. Epist. 16.

*Nimirum insanus paucis videatur, eo quòd*
*Maxima pars hominum morbo iactatur eodem.*

Lib. 2. Satyr. 3.

*——quemuis media erue turba,*
*Aut ob auaritiam, aut misera ambitione laborat.*

Lib. 1. Satyr. 4.

Seneca. Vidisti aliquando canem missa à domino frusta panis aperto ore captantem? quidquid accipit, protinus integrũm deuorat, & semper ad spem futuri inhiat. Idem euenit nobis, quidquid exspectantibus fortuna proiecit, sine vlla voluptate demittimus, statim ad rapinam alterius erecti, & attenti, in Epicuri illud chaos incidimus, quod inane sine termino est.

Laert. Diogenes Anaximenis conspicatus seruos, plura vasa aurea ferentes, cuius ea essent, interrogauit: quibus dicentibus Anaximenis; *An*, inquit, *non pudet eum, tam multa habere, seipsum verò non possidere.*

---

Die stadigh 'tghoedt vermeert, en slaeft om meer te krijghen,
Van 'tgoedt vvordt ouer-last, de vvapens hy verliest,
En 'tpadt om tot de deught, en eeren kerck te stijghen.
Die deught om t'ghelt versuymt, het snoo voor 'tbeste kiest.

*Qui ses moyens accroit, & pour plus se tourmente,*
*Des biens est esblouy, que les armes il perd,*
*Et du temple d'Honneur, & de vertu, la sente,*
*Le sage au lieu d'argent, prend vertu pour sa part.*

CVM



## CVM FRVCTV PEREGRINANDVM.

Lib. 2. Od. 16.

*Quid breui fortes iaculamur æuo*
*Multa? quid terras alio calentes*
*Sole mutamus? patriæ quis exſul*
*Se quoque fugit?*

Lib. 1. Epiſt. 11.

*Tu, quamcumque Deus tibi fortunauerit horam,*
*Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum:*
*Vt, quocumque loco fueris, vixiſſe libenter*
*Te dicas. nam ſi ratio, & prudentia curas,*
*Non locus effuſi latè maris arbiter, aufert:*
*Cælum, non animum mutant, qui trans mare currunt.*

*Seneca.* Animum debes mutare, non cælum: licèt vaſtum traieceris mare, terræque vrbeſque recedant, ſequentur te, quocumque perueneris, vitia. Hoc idem cuidam quærenti, Socrates ait: Quid miraris, nihil tibi peregrinationes prodeſſe, cùm te circumferas? vt animum poſsis continere, priùs corporis tui fugam ſiſte; ægri animi eſt iſta vagatio.

---

Hoe ver' van 'tvaderlandt te vvater, oft te lande,
Onder een vremt gheſtert' dat menigh reyſt en iaeght,
'tZyOoſt, VVeſt, Zuyd, oft Noord, by volcken veelderande,
Niemandt ſich ſelfs ontloopt, hem ſelfs hy met hem draeght.

*On a beau voyager ſur la terre, ou par mer,*
*Changer d'air, & climat, courir, & faire en ſorte*
*Qu'on voye les nations, qu'au Monde on peut trouuer.*
*Car nul ne ſort de ſoy, par tout ſoy meſme il porte.*



# ANXIA DIVITIARVM CVRA.

Lib. 3. Od. 1.

*Desiderantem quod satis est, neque*
*Tumultuosum sollicitat mare,*
*Nec sæuus Arcturi cadentis*
*Impetus, aut orientis Hœdi:*
*Non verberatæ grandine vineæ,*
*Fundusque mendax, arbore nunc aquas*
*Culpante, nunc torrentia agros*
*Sidera, nunc hiemes iniquas.*

Senec.

Nemo alius est Deo dignior, quàm qui opes contemsit: quarum possessionem tibi non interdico, sed efficere volo, vt illas intrepidè possideas. ingentis animi est, qui diuitias circumfusas sibi, multùm diuque miratus, quòd ad se venerint, ridet, suasque audit magis esse quàm sentit.

Democritus.

Inest hominibus perpetua diuitiarum cupiditas: quæ si non acquisitæ fuerint, vexant: si acquisitæ, sollicitudine torquent: amissæ, dolores adferunt haud mediocres.

---

Die niet meer en begheert dan noodtdruft na 'tbehooren,
Vverdt nimmermeer bedroeft, door haghel oft tempeest,
Die vvijngaerden bederft, en 'tvoetsaem nutte koren.
Die hem met nootdruft lijdt, in rust leeft onbevreest.

*Qui ne desire plus, que ce que la Nature.*
*Pour nous a procreé, d'orage il ne fremit*
*Gastant vignes, & bleds, par gresle, & par froidure.*
*Qui est de peu content, sans pœur paisible vit.*

QVO



## QVO PLVS SVNT POTÆ, PLVS SITIVNTVR AQVÆ.

Lib. 2. Od. 2.

*Crescit indulgens sibi dirus hydrops,*
*Nec sitim pellit, nisi caußa morbi*
*Fugerit venis, & aquosus albo*
*Corpore languor.*

Diogenés auaros hydropicis comparabat: illos enim aiebat argento plenos, hos aqua refertos, ampliùs desiderare; vtrosque autem in sui perniciem.

*Aristoteles.* Desiderium diuitiarum vadit in infinitum.

Lib. 3. Od. 24.

*——scilicet improbæ*
*Crescunt diuitiæ, tamen*
*Curtæ nescio quid semper abest rei.*

Lib. 1. Epist. 2.

*Semper auarus eget, certum voto pete finem.*

*Seneca.* Quid refert, quantum illi in arca, quantum in horreis iaceat, si alieno inhiet, si non quæsita sed quærenda computat? Non enim pauper est, qui minùs habet, sed qui plùs cupit; nec qui plùs habet, sed qui minùs cupit, diues: suntque immodicæ diuitię, veluti ingentia & enormia gubernacula: faciliùs mergunt, quàm regunt, quòd habeant irritam copiam, & noxiam nimietatem.

---

Hoe meer dees' siecke drinckt, met vvatersucht beladen,
Hoe meer den medecijn, des crancheydts ivvare last
Beuindt te nemen toe, en daghelicks te quaden.
Hoe meer den gheltghier heeft, hoe 'shebbens lust meer vvast.

*Tant plus boit l'hydropicq, tant plus le Medecin*
*Augmenter appercoit le mal d'hydropisie.*
*Tant plus l'auare acquiert, tant plus sans prendre fin,*
*Du miserable encore accroit d'auoir l'enuie.*

QVOD


Danda est hellebori multo pars maxima auaris;
Nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.

Lib.1. Epist.2. QVOD SATIS EST CVI CONTINGIT, NIHIL AMPLIVS OPTET.

Lib.1. Satyr.1.

*Dum ex paruo nobis tantumdem haurire relinquas,*
*Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?*
*Vt, tibi si sit opus liquidi non amplius vrna,*
*Vel cyatho : & dicas, magno de flumine mallem,*
*Quàm ex hoc fonticulo tantumdem sumere. eo fit,*
*Plenior vt si quos delectet copia iusto,*
*Cum ripa simul auulsos ferat Aufidus acer.*
*At qui tantuli eget, quanto est opus, is neque limo*
*Turbatam haurit aquam, neque vitam amittit in vndis.*
*At bona pars hominum decepta cupidine falsò,*
*Nil satis est, inquit: quia tanti, quantum habeas, sis,*
*Quid facias illi? iubeas miserum esse libenter,*
*Quatenus id facit, vt quidam memoratur Athenis*
*Sordidus, ac diues, populi contemnere voces*
*Sic solitus: Populus me sibilat, at mihi plaudo*
*Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.*

Lib.3. Od.16.

*—— multa petentibus*
*Desunt multa. bene est, cui Deus obtulit*
*Parcâ, quod satis est, manu.*

Terent.

*Apprimè in vita hominis vtile est, ne quid nimis.*

---

Die aen 'tfonteynken claer sijn kruycks-
ken gaet vol schincken,
Is sonder sorgh', maer hy die aen de vol-
le vloedt
Het vvater schept, die lijdt perijckel van
verdrincken.
Die het gheuaer bemindt, 'tgheuaer hem
sneuen doet.

*Celuy qui son vaisseau emplit à la fon-*
*taine*
*Il va sans nul peril, mais se pourroit*
*noyer*
*Quiconque va au bord de la riuiere*
*pleine.*
*Qui est content, d'assez est exempt de dan-*
*ger.*

AVA-



P

Seneca. AVARVS NISI CVM MORITVR, NIHIL RECTE FACIT.

Lib. 2. Satyr 3.

*Pauper Opimius argenti positi intus, & auri,*
*Qui Veientanum festis potare diebus*
*Campana solitus trulla, vappamque profestis:*
*Quondam lethargo grandi est oppreßus: vt heres*
*Iam circum loculos, & claueis lætus ouansque*
*Curreret. hunc medicus multùm celer atque fidelis*
*Excitat hoc pacto. mensam poni iubet, atque*
*Effundi saccos nummorum: accedere plureis*
*Ad numerandum. hominem sic erigit. addit & illud:*
*Ni tua custodis, auidus iam hæc auferet heres.*
*Men' viuo? vt viuas igitur, vigila: hoc age. quid vis?*
*Deficient inopem venæ te, ni cibus, atque*
*Ingens accedat stomacho fultura ruenti.*
*Tu ceßas? agedum sume hoc ptisanarium oryzæ.*
*Quanti emtæ? paruo. quanti ergo? octo aßibus. eheu,*
*Quid refert, morbo, an furtis, pereámne rapinis?*
*Quisnam igitur sanus? qui non stultus. quid auarus?*
*Stultus, & insanus.*

Seneca. Pecunia non sanat auaritiam sed irritat: & idcirco auarus, ipse miseriæ caussa est suæ.

Van slaepsieckt wacker' is Opimius opghesesten,
Door dien sijn ghelt ghetelt van d'erfghenamen werdt,
Doch sterf veel lieuer, dan een pap te dier te eten.
Som tot de laetste ur' in ghierigheydt volherdt.

*Opime s'esueilla de lethargie, oyant*
*Ses hoirs compter son or, mais mieux aima le ciche*
*Sa mort, que de payer vn bouillon de neant.*
*Plusieurs iusques à la mort sont serfs de l'auarice.*

AMI-



# AMICITIAM FOVET MVNIFICENTIA.

Lib. 1. Satyr. 1.

*——si cognatos, nullo natura labore*
*Quos tibi dat, retinere velis, seruaréque amicos;*
*Infelix operam perdas: vt si quis asellum*
*In campum doceat parentem currere frenis.*

Lib. 2. Satyr. 2.

*——cur improbe caræ*
*Non aliquid patriæ tanto emetiris aceruo?*
*Vni nimirum rectè tibi semper erunt res?*

Ouid. 2. de Ponto.

*Turpe quidem dictu: sed si modò vera fatemur,*
*Vulgus amicitias vtilitate probat.*

---

Meyndy sonder dat ghy van 'tuvv' medeylen soudt,
Te houden vriendtschap vast, sulck arbeydt is verloren,
Al oft gh'een esel bot 'tvvel-rijden leeren vvoudt.
VVant elck meest om 'tgeniet, de vriendtschap heeft verkoren.

*Qui pense d'arrester l'amitié immuable*
*Sans partager son bien, il faict comme celuy,*
*Quiveut bien rendre appris l'asne au cheual semblable.*
*Car presque chascun est de son prouffit amy.*

LIBE-



## LIBERALI HOMINI VOLVNT OMNES QVAM OPTIME

Lib. 1. Satyr. 1.

*At si condoluit tentatum frigore corpus,*
*Aut alius casus lecto te affixit: habes qui*
*Assideat, fomenta paret, medicum roget, vt te*
*Suscitet, ad reddat natis, carisque propinquis.*
*Non vxor saluum te vult, non filius: omnes*
*Vicini oderunt, noti, pueri atque puellæ.*
*Miraris, cùm tu argento pòst omnia ponas,*
*Si nemo præstet, quem non merearis, amorem.*

*Cicero.* Liberalitate qui vtuntur, beneuolentiam sibi conciliant, & ad quietè viuendum caritatem.

Martial.

*Extra fortunam est quidquid donatur amicis,*
*Quas dederis, solas semper habebis opes.*

---

Gheen vvijf noch kindt heeft lief die 'tghelt meer als hen acht,
Maer wenscht gesontheyt wel den milden goedertierigh,
Den Medecijn, en Godt, elck bidt voor hem met cracht.
Elck is des mildens vrient, elck haet den vrecken ghierigh.

*Qui plus que l'amitié estime son argent,*
*Sa femme, & ses enfans, santé ne luy souhaitent.*
*Pour l'homme liberal, chascun prie Dieu souuent.*
*d'Vn ciche les parens comme ennemy le traitent.*

VARI-



# VARIVM PECVNIÆ DOMINIVM.

Lib. 1. Epist. 10.

*Imperat, aut ſeruit collecta pecunia cuique:*
*Tortum digna ſequi potiùs, quàm ducere funem.*

Lib. 1. Epist. 16.

*Quò melior ſeruo, quò liberior ſit auarus,*
*In triuijs fixum cùm ſe demittit ob aßem;*
*Non video. nam qui cupiet, metuet quoque porrò.*
*Qui metuens viuit, liber mihi non erit vmquam.*

Qui pecuniæ ſeruit, & præſentibus compedibus conſtringitur, & futuris paratur.

---

De koninghinn' van 'tghelt ghebiedt, oft vvordt gheboden,
Den vrijen ſy vvel dient, die onder 'tiock haer doet,
d'Onvrijen houdt ſy vaſt gheketent als den ſnooden.
Het ghelt maeckt heer' oft ſlaef, na elck is van gemoedt.

*La royne de l'argent, eſt maiſtreſſe ou ſeruante,*
*Le ioug ſouffrant au col, au libre elle obeyt,*
*Les autres conuoiteux enſerrez elle enchante,*
*l'Argent fait libre, ou ſerf, ſelon qu'on ſe regit.*

STVL-



Lib. 1. Ep. st. 18.

# STVLTITIAM PATIVNTVR OPES.

Plutus diuitiarum Deus à Stultitia cucullo induitur. Diuites enim omnia impunè agunt: at è contra,

*Pauper amet cautè, timeat maledicere pauper.*

Ouid.

*Aurea nunc verè sunt secula: plurimus auro*
*Venit honos, auro conciliatur amor.*
*Ipse licèt venias Musis comitatus Homere:*
*Si nihil attuleris, ibis Homere foras.*

At vide hîc infaustum Midę exemplum à Poëtis sat decantatum.

Menand.

*Omnes ita sentire oportet:*
*Quòd omnibus maxima vis, & potestas,*
*Ex diuitijs accedat.*

---

Een lanck-gheoort kapproen en kan niet ouerlasten
Den ghulden Plutus blindt, na die hy niet en vraeght,
Deur dien hem achten vvijs om 'tghelt d'onwijse gasten.
Den rijckdom vvilligh vvel de sotternij' verdraeght.

*Vn chapperon le chef de Plutus Dieu doré*
*n'Aggraue, car tousiours de l'ignorant vulgaire*
*Il est pour son argent bien sçauant estimé.*
*Folie n'est erreur à vn pecuniaire.*

PECV-



## PECVNIÆ OBEDIVNT OMNIA.

Lib. 2. Satyr. 3.

*——omnis enim res,*
*Virtus, fama, decus, diuina, humanáque pulchris*
*Diuitiis parent: quas qui construxerit, ille*
*Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, et m & Rex,*
*Et quidquid volet. hoc veluti vir ute paratum*
*Sperauit magnæ laudi fore.*

*Aristoph.*

Plutus diuitiarum Deus, cæcus est & claudus, dum accedit; alatus verò, cùm recedit.

*Proh, vt nihil sanum reperias vspiam,*
*Sed pariter omnes seruiant, victi lucro.*

Lib. 2. Satyr. 5.

*Et genus, & virtus, nisi cum re, vilior alga est.*

Lib. 3. Od. 3.

*Aurum irrepertum, & sic melius situm,*
*Cùm terra celat, spernere fortior,*
*Quàm cogere humanos in vsus,*
*Omne sacrum rapiente dextrâ.*

---

De Eerbaerheydt, de Deught, den Adel hoogh van moedt,
Te samen Plutum blindt alskoninck dienstigh eeren,
Ia selfs de Faem, en d'Eer, hem vvilligh valt te voet.
Het ghen' onvvinlick schijnt, den rijckdom kan verheeren.

*Au monde touts estats, la superbe Noblesse,*
*l'Honneur, & la Vertu, la Renommée aussi*
*A Plutus sont subiects, charmez par sa richeße.*
*Ce qu'inuincible on tient il rend à sa mercy.*

QVID



# QVID NON AVRO PERVIVM?

Lib. 3. Od. 16.

*Inclusam Danaën turris aënea*
*Robustæque fores, & vigilum canum*
*Tristes excubiæ munierant satis*
*Nocturnis ab adulteris;*
*Si non Acrisium, virginis abditæ*
*Custodem pauidum Iupiter, & Venus*
*Risissent: fore enim tutum iter, & patens,*
*Conuerso in pretium Deo.*
*Aurum per medios ire satellites,*
*Et perrumpere amat saxa, potentiùs*
*Ictu fulmineo.*

Cicero.

Cùm arcem quamdam non nemo diceret inuictam: Philippus Macedo percunctatus est, num ad eam asinus auro onustus posset accedere; significans auro omnia expugnari posse. Notum & illud eiusdem Philippi ad Alexandrum filium; *Ne eos tibi fideles putes, quos pecunia corruperis. Fit enim deterior qui accipit, atque ad idem semper exspectandum paratior.* Hoc ille filio, sed præceptum putemus omnibus.

Propert.

*Aurum omnes victa iam pietate colunt,*
*Auro pulsa fides, auro venalia iura,*
*Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.*

---

Het ghelt breect deuren op, deurdringht als blixem crachtigh
De vvacht bloot van 'tghevveer, som vverpt ter neer onsacht,
Danaë sterck bevvaert vervvan het goudt almaghtigh.
Het ghelt vermagh het al, by hem die, hooghlick acht.

*l'Or brise les maisons, comme foudre les fend,*
*Il desarme la garde, l'accable, & la supprime,*
*Et Danae par l'or, à tout faire se rend.*
*Tant a pouuoir l'argent enuers c'il qui l'estime.*

PECV-



# PECVNIA DONAT OMNIA.

Lib. 1. Epist. 6.

*Scilicet vxorem, cum dote, fidemque, & amicos,*
*Et genus, & formam regina Pecunia donat,*
*Ac benè nummatum decorat Suadela, Venusque.*

Eurip.

*Ingens vis est diuitiarum:*
*Quas qui nactus est, nobilis statim euadit.*

Iuuenal.

*Da testem Romæ, tam sanctum, quàm fuit hospes*
*Numinis Idæi: procedat vel Numa, vel qui*
*Seruauit trepidam flagranti ex æde Mineruam:*
*Protinus ad censum, de moribus vltima fiet*
*Quæstio: quot pascit seruos? quot possidet agri*
*Iugera? quàm multa magnaque probo scide cœnat?*

*Vnde habeas quærit nemo, sed oportet habere.*

---

De Koninghinne van 'tgelt, gheeft huysvrouvv', houvv'licks goedt,
Ia vrienden, trouvv', en eer', den vvel-beghelde vreughdigh,
VVijs makinghe verciert, 't vvelck Venus mede doet.
Door 'tghelt schijnt leelick schoon, en d'oude man oock ieughdigh.

*La Royne de l'argent au riche femme donne,*
*Noblesse, amys, honneur, mettant raison à part,*
*Suasion & Venus, l'ornement d'vne couronne.*
*l'Argent faict beau le laid, & ieune le veillard.*

AVA-



## AVARVS QVÆSITIS FRVI NON AVDET.

Lib. 2. Satyr. 3.

*Si quis emat cytharas, emtas comportet in vnum,*
*Nec studio cytharæ, nec Musæ deditus vlli:*
*—— quid discrepat istis,*
*Qui nummos, aurumque recondit, nescius vti*
*Compositis, metuensque velut contingere sacrum?*
*Si quis ad ingentem frumenti semper aceruum*
*Porrectus vigilet cum longo fuste; neque illinc*
*Audeat esuriens dominus contingere granum,*
*Ac potiùs foliis parcus vescatur amaris:*
*Si positis intus Chij, veterisque Falerni*
*Mille cadis, nihil est, tercentum millibus, acre*
*Potet acetum. agè, si & stramentis incubet vnde-*
*octoginta annos natus, cui stragula vestis,*
*Blattarum, ac tinearum epulæ, putrescat in arca.*

Lib. 1. Satyr. 3.

*—— vt quidam memoratur Athenis*
*Sordidus, ac diues, populi contemnere voces*
*Sic solitus: Populus me sibilat; at mihi plaudo*
*Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.*
*Tantalus à labris sitiens fugientia captat*
*Flumina. quid rides? mutato nomine, de te*
*Fabula narratur. congestis vndique saccis*
*Indormis inhians, & tamquam parcere sacris*
*Cogeris, aut pictis tamquam gaudere tabellis.*

---

Dees rijck (doch arm) man by ouervloet van koren,
En vvijn, voet hem met kool, en drinckt leck-vvijn verschaelt,
Als d'esel die vvijn draeght, maer vvater drinckt als voren.
Al heeft den vreckaert 'tgoedt, het soet gheniet hem faelt.

*Ce riche (ains pauure) sot des chous emplit sa panse*
*Boit l'esgout des tonneaux, ayant vin à foison,*
*l'Asne porte le vin, & d'eau sa soif estanche.*
*Miserable est auoir sans la fruition.*

HERES



# HERES INSTAR VVLTVRIS ESSE SOLET.

Lib. 2. Satyr. 5.

*——anus improba Thebis,*
*Ex testamento sic est elata. cadauer*
*Vnctum oleo largo, nudis humeris, tulit heres:*
*Scilicet elabi si posset mortua. credo*
*Quòd nimiùm institerat viuenti.*

*Plutarch.* Vt præterfluens aqua nullo certo colore est, sed semper refert colorem subiecti soli: ita adulator, aut heredipeta, sui dissimilis est, pro re nata sese adaptans.

Plaut.

*Illud est, vide, vt iam quasi volturi triduo*
*Priùs prædiuinant, quo die esuri sient,*
*Illud inhiant omnes.*

*Seneca.* Aliquis ægro assidet, probamus: at si hoc hereditatis caussa facit, vultur est, cadauer exspectat.

Pers.

*Mens, bona fama, fides, hæc clarè vt audiat hospes:*
*Illa sibi introrsum, & sub lingua immurmurat: ô si*
*Ebullet patrui præclarum funus!*

---

Een out Thebaens wijf, liet gheolijt vet haer draghen,
Van een haer erfghenaem te graef, op schoud'ren naeckt,
Om hem t'ontslippé doot, die sy noyt was ontslagen.
Som erfghenaem als een gier, na't doode lichaem haeckt.

*Vne vielle Thebaine se fit graissée en terre*
*Porter d'vn heritier, l'espaule nue ayant,*
*Pensant morte eschapper, ce qu'onc n'auoit sçeu faire.*
*Comme vn vaultour villain maint hoir est aspirant.*

PAV-



## PAVPERTATIS INCOMMODA.

Lib. 3. Od. 24.

*Magnum Pauperies opprobrium, iubet*
*Quidvis & facere, & pati:*
*Virtutisque viam deserit arduæ.*

Miser hic, ad Virtutis, atque Honoris templum, vix audet vultum attollere: dura, ac dira Paupertate, rectam ipsi semitam præcludente, atque impediente

Iuuen.

*Non facilè emergunt, quorum virtutibus obstat*
*Res angusta domi.*

*Pauperies inimica bonis est moribus.*

*Ad omne timidus pauper est negotium:*
*Nam se esse credit omnibus contemtui.*

---

De armoey menigh dvvinght door noottelicke vveghen
Van 'tpat des deughts, en eer', drijft sy den armen mensch,
Hoe seer dervvaerts 'tghesicht en 'therte is gheneghen.
'tMoet zijn soo d'armoey vvilt, niet baet des armens vvensch.

*Le pauure du chemin de vertu & d'honneur*
*La pauureté distrait par voye fort contraire,*
*Quoy qu'vn braue desir rend esleué son cœur.*
*Selon la pauureté du pauure va l'affaire.*



Lib. 1. Satyr. 5.

## NIL EGO CONTVLERIM IVCVNDO SANVS AMICO.

Amicus amici caussâ, honores, dignitates, voluptates, diuitias, ceteraque fortunæ bona negligit, atque aspernatur. Notum illud Sapientis: *Perde pecuniam propter amicum*; presertim iucundum. Nam *amico iucundo magis egemus, quàm aqua vel igne.*

Amicus tristis & querulus non comparandus.

*Ecclesiast.* Meliùs sunt duo, quàm vnum: habet enim emolumentum societatis: væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se.

*Tacit.* Nullum maius boni imperij instrumentum, quàm boni amici.

---

Den welbesinden vriendt, de vrientschap
hoogher acht,
Van een oprechten vriendt, als ghelt dat
veel begheren,
Of rijckdom, vvelluft, eer', ia heerschappij'
en maght.
Een trouvven vriendt die is een schat niet
om vveerderen.

*l'Amy bien aduisé, prefere l'amitié*
*De son loyal amy, à l'honneur souhaitable,*
*Grandeur, or, & argent, estat & dignité.*
*l'Amy est vn tresor de pris inestimable.*

AMI-



## AMICITIÆ TRVTINA.

Lib. 1. Satyr. 3.

*——amicus dulcis, vt æquum eſt,*
*Cùm mea compenſet vitiis bona, pluribus hiſce,*
*Si modò plura mihi bona ſunt, inclinet, amari*
*Si volet: hac lege in trutina ponetur eadem.*

*Socrat.* Finis amicitiæ eſt, vt duo vnum fiant amore & voluntate.

*Plutarch.* Muſica conſtat è diuerſis, puta grauibus, & acutis, inter ſe ratione diſpoſitis: at amicitia conſtat ſimilibus.

*Salluſt.* Amicitia copulat ſimilia, quæque ad inuicem arcano naturæ ferantur affectu.

Ouid. *Sit procul omne nefas, vt ameris, amabilis eſto.*

*Seneca.* Dicebat Hecaton: *Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine vllius veneficæ carmine: ſi vis amari, ama.*

---

Als ghy wel ouer-weeght vriendts deughden, en ghebreken,
Sijn deughdt meer als 'tghebreck v milde gunſte toont,
Op dat hy oock ſoo doe aen v dit vrientſchaps teecken.
Vrient kent wel vriendts gebreck, maer vriendlick hy'tverſchoont.

*Mes vices & vertus peſant mon cher amy,*
*Sa faueur fait peſer mes vertus d'aduantage,*
*Autant en ſon endroit, ie fais à luy auſsi.*
*La faueur entretient noz cœurs en doux ſeruage.*

AMICI



# AMICI VITIVM NE FASTIDIAS.

Lib. 1.
Satyr. 3.

*At, pater vt gnati, sic nos debemus, amici*
*Si quod sit vitium non fastidire strabonem*
*Appellat pætum pater: & pullum, malè paruus*
*Si cui filius est: vt abortiuus fuit olim*
*Sisyphus. hunc varum, distortis cruribus; illum*
*Balbutit scaurum, prauis fultum malè talis.*
*Parciùs hic viuit: frugi dicatur. ineptus,*
*Et iactantior hic paullò est: concinnus amicis*
*Postulat vt videatur. at est truculentior, atque*
*Plus æquo liber: simplex, fortisque habeatur.*
*Caldior est: acreis inter numeretur. opinor,*
*Hæc res & iungit, iunctos & seruat amicos.*

Ibidem.

*——vitijs nemo sine nascitur: optimus ille est,*
*Qui minimis vrgetur.*

---

Acht vriendts ghebreck, ghelijck een vader 'skindts ghebreken,
Den slim schrij-been hy noemt, den schellen lonckaert soet,
Den bult'naer cort-ghecromt, den staemlaer lisp in 'tspreken.
De vriendtschap vriendts ghebreck verschoont na liefde goedt.

*Es vices de l'amy suis le pere, qui nomme*
*Le fils louche œil-cleignant, le begue fretilleur,*
*Le tortu pied mal-droit, le bossu petit homme.*
*Les vices l'amitié amoindrit par faueur.*

IDEM



Cicero.

# IDEM VELLE ATQVE IDEM NOLLE EA DEMVM FIRMA AMICITIA EST.

Lib. 1. Epist. 18.

*Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes :*
*Nec, cùm venari volet ille, poëmata panges.*
*Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis, atque*
*Zethi dissiluit : donec suspecta seuero*
*Conticuit lyra. fraternis cessisse putatur*
*Moribus Amphion.*

Amphion, & Zethus, Iouis & Antropæ filij, diuersi studij fuêre: Amphion cytharæ; Zethus autem venationi, acruralibus exercitijs deditus cùm esset, magna inter eos animorum dissensio exstitit, nec antè desijt, quàm abiectâ Amphion cytharâ suâ, fraternis institit vestigijs.

*Valer. Max.*

Par veræ amicitiæ clarissimum Scipio & Lælius, cùm amoris vinculo, tum etiam omnium virtutum inter se iuncti societate, vt actuosæ vitæ iter æquali gradu exsequebantur; ita animi quoque remissioni communiter acquiescebant. Constat namq. eos Caietæ & Laurenti, vagas litoribus conchulas, & vmbilicos lectitasse: idq. se L. Crassus ex socero suo Q. Scæuola, qui gener Lælij fuit, audisse sæpenumerò prædicauit.

---

Amphion om Zethus wil, sijn lier beghaf
by vlaghen,
Om me ter iacht te gaen, en stillen sijne
claght,
VVât Amphion nimmermeer met Zethus
wou gaen iaghen.
Vrients wil voor eyghen lust moet dick-
wijls zijn volbraght.

*Amphion par amour quitta souuent sa*
*lyre,*
*Pour à la chasse aux champs Zethus*
*accompaigner.*
*Le vouloir d'vn amy il faut sans con-*
*tredire,*
*A son menue plaisir, quelquefois prése-*
*rer.*

DOMI



# DOMI ARGVS, FORIS TALPA.

Lib. 1. Satyr. 3.

*Cùm tua perVideas oculis mala lippus inunctis,*
*Cur in amicorum Vitiis tam cernis acutum,*
*Quàm aut aquila, aut serpens Epidaurius? at tibi contrà*
*Euenit, inquirant vitia in tua rursus & illi.*

Aliena vitia ante nos posita, veluti in mantica acutè cernimus, & perscrutamur; nostra verò post terga relinquimus, quæ tamen alienos non effugiunt oculos. Hæc scilicet misera philautiæ est conditio.

Terent.

*Ita comparata est hominum natura,*
*Aliena meliùs Vt Videant & iudicent, quàm sua.*

Pers.

*Sic nemo in sese tentat descendere, nemo:*
*At præcedentis spectatur mantica tergo.*

*Plato.* Ridiculum est, cùm quis sua ignoret, aliena scrutari.

*Laërt.* Illud Homeri frequens in ore habebat Socrates:

*—— ne curetis,*
*Ædibus in nostris quæ praua aut recta gerantur.*

---

Scherpsichtigh siende dees' als Linceus de ghebreken
Van and're, die hy voor in sijnen twee-sack heeft,
Doet dat sommighe oock op hem van achter spreken.
Onvvijs hy and're straft, die selfs ghebreckigh leeft.

*Cestuy de pres d'autruy les vices regardant,*
*Lesquels en son bissac deuant soy il voit pendre,*
*Cause qu'vn autre aussy les siens va reprennant.*
*Ne taxez point aultruy, si vous estez à reprendre.*



## CVIQVE SVVM STVDIVM.

Lib. 1. Epist. 14.

*Quam ſcit vterque, libens cenſebo, exerceat artem.*

Lib. 2. Epist. 1.

*Nauem agere ignarus nauis timet: abrotanum ægro*
*Non audet, niſi qui didicit, dare. Quod medicorum eſt*
*Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.*

Amphides

*Non eſt vllum humani infortunij*
*Solatium dulcius in vita, quàm ars:*
*Dum enim animus diſciplinæ vacat ſuæ,*
*Lætanter prænauigat, & obliuiſcitur calamitates.*

Hipparch

*Paterna bona, tempus interdum facit*
*Aliena, ſeruans interim corpora:*
*Vnum autem vitæ præſidium in artibus ſitum eſt.*

Ouid.

*Adde, quòd ingenuas didiciſſe fideliter artes,*
*Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.*

---

Den ſchilder, ambachtſ-man, Poeet, en medecijn
Ia elck in ſijn beroep, behoort hem te bevlijten
Tot d'alderhooghſte eer', elck latende in 'tſijn.
Die treen in anders werck, hen meeſt ſeer qualick quijten.

*Il faut que l'artiſan, Poëte, & medecin,*
*Peintre, voire chaſcun en ſorte s'exercite,*
*Qu'en ſa vocation il ſoit parfait en fin.*
*d'Exceller en ſon art n'eſt pas gloire petite.*

SVA


Pictoribus

## SVA NEMO SORTE CONTENTVS.

Lib. 1. Epist. 14.

*Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.*
*Cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.*

Lib. 1. Epist. 10.

*Cui non conueniet sua res, vt calceus olim,*
*Si pede maior erit, subuertet: si minor, vret.*

Lib. 1. Satyr. 1.

*Qui fit, Mæcenas, vt nemo, quam sibi sortem*
*Seu ratio dederit, seu fors obiecerit, illa*
*Contentus viuat, laudet diuersa sequentes?*
*O fortunati mercatores, grauis annis*
*Miles ait, multo iam fractus membra labore.*
*Contrà mercator, nauim iactantibus Austris,*
*Militia est potior. quid enim? concurritur: horæ*
*Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.*
*Agricolam laudat iuris legumque peritus,*
*Sub galli cantum consultor vbi ostia pulsat.*
*Ille, datis vadibus qui rure extractus in vrbem est,*
*Solos felices viuentes clamat in vrbe.*

Ibidem.

*Inde fit, vt rarò, qui se vixisse beatum*
*Dicat, & exacto contentus tempore vitæ,*
*Cedat, vti conuiua satur, reperire queamus.*

---

Den mensch in sijn beroep leeft selden met ghenoeghen.
Den os de sael begheert, van 'tlastigh ploeghen vry,
En 'tpeert van doots gevaer, van toom en spoor het ploeghen.
Een anders staet alleen gheluckigh achten vvy.

*l'Homme fort rarement au monde se contente,*
*Ains dit auec le bœuf la selle demandant,*
*Et le cheual le ioug de la charue pesante,*
*Qu'en l'estat d'autruy gist l'heur & contentement.*



## In qvocvmqve vitæ genere philosophari licet.

Lib. 1. Epist. 17.

*Si pranderet olus patienter, regibus uti*
*Nollet Aristippus; si sciret regibus uti,*
*Fastidiret olus, qui me notat.*

Aristippus Philosophus Alexandro Macedonum regi, cùm ob sapientiæ studium, tum ob morum facilitatem, gratus acceptusque fuit. Diogenes aulicam vitam philosopho non conuenire existimans, Aristippum, vt sorte sua minimè contentum, arguebat: cuius monitionem eludens Aristippus, *Si scires*, inquit, *regibus vti, olus, ac mendicitatem fastidires*. Munus certè Philosophi est, circa Principes versari, vt eos doctiores, melioresque reddat.

Aristoph.

*Virtuosus bene utitur quibuscumque.*

Ouid.

*Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ;*
*Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.*

VVaer Aristipp' te vreen met kool, Diog'nes sprack,
In 'thof hy niet en bleef; kondt ghy Diog'nes leuen
In 'thof (seyd' Aristipp') ghy liet v kool en back.
Elck staet, daer 'thert na treckt, kan rust den mensche gheuen.

*Diogene disoit, s'Aristippe fut content*
*De choux, il fuiroit la court; si tu sceusse viure*
*En court (dit Aristippe) les choux irois quittant.*
*Le plus aymé estat, contentement nous liure.*



## VICTRIX MALORVM PATIENTIA.

Lib. 1. Od. 24. *Durum: ſed leuius fit patientiâ,*
*Quidquid corrigere eſt nefas.*

Illuſtre patientiæ exemplar Socrates, ab vxore contumelijs petitus: *Penes te eſt*, inquit, *maledicere; penes me autem rectè audire.*

Seneca. Si magnanimus fueris, numquam iudicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices, non nocuit mihi, ſed animum nocendi habuit: & cùm illum in poteſtate tua videris, vindictam putabis, vindicare potuiſſe. ſcito enim magnum, & honeſtum vindictæ eſſe genus, ignoſcere. Ergò feras, non culpes, quod mutari non poteſt: dolor patientiâ vincetur.

Pythag. Magnam peritiam exiſtimato, qua ferre potes aliorum imperitiam.

Eurip. *Altero duorum colloquentium indignante,*
*Is qui ſe non opponit, plùs ſapit,*

---

Die met den quaden ſcheept moet lijdtſaemheyt genieten.
Seer vvel deed' Socrates te lijden ſonder ſchult
Sijn toornigh vvijfs ghekijf oock me haer vvater ghieten,
VVant 'tongheneeſlick quaet wert lichter door ghedult.

*En la nef du maling faut prendre patience.*
*Fort bien fit Socrates de ſa femme ſouffrir*
*l'Iniure, & le courroux. car vrayement la ſouffrance,*
*l'Incorrigible mal fait moindre deuenir.*

FOR-



V

Epod. Od.4.

## FORTVNA NON MVTAT GENVS.

Lampson.

*Cæca foue indignos Fors, vt lubet, at tua dona,*
*Simia ne maneat simia, non facient.*

Horat.

*Naturam expellas furca, tamen vsque recurrit,*
*Et mala perrumpet furtim fastigia victrix.*

*Seneca.*

Non faciunt equum meliorem aurei fræni: neque hominem præstantiorem fortunæ ornamenta.

*Terent.*

Bona fortunæ perinde sunt, vt animus illius qui ea possidet.

Qui vti scit, ei bona; qui non vtitur rectè, mala.

---

Een simme blijft een simme, hoe cierlick die ghecleet
In purper onder 'tvolc, seer fraey, en heerlick vvandert,
Sy houdt altijdt haer aerdt, die nimmer sy vergheet.
Nature oft 'tgheslacht fortuyne niet verandert.

*Vn singe est recogneu masqué, ou non masqué,*
*Son naturel il tient, que iamais il n'oublie,*
*Encor qu'en pourpre fin il soit braue habillé.*
*La race, ou naturel, fortune ne varie.*

A MV-



# A MVSIS TRANQVILLITAS.

Lib. 1. Od. 26.

*Musis amicus, tristitiam & metus,*
*Tradam proteruis, in mare Creticum,*
*Portare ventis.*

Ouid.

*—— carmina lætum*
*Sunt opus, & pacem mentis habere volunt.*

*Anxia mens hominum, curis confecta dolore,*
*Non potis est cantus pandere Pierios:*
*Carmina proueniunt animo deducta sereno,*
*Tristia cum lætis non benè signa cadunt.*

*Adde quòd insidiæ sacris à vatibus absunt,*
*Et facit ad mores ars quoque nostra bonos.*
*Nec nos ambitio, nec nos amor vrget habendi,*
*Contemto colitur lectus & vmbra foro.*

---

Dees' man der Musen vriendt, in zee drijft met de vvinden
De droefheyt, en de vrees', door hulp van Pallas goedt,
En van Apollos maght, bereydt tot hun verslinden.
Gheleertheyt maeckt den mensch gherust in sijn ghemoedt.

*La tristesse, & la peur fuyent des bien aymez*
*Des Muses, vers la mer, suyuans des vents la trame,*
*Par l'aide d'Apolon, & Pallas dechassez.*
*Doctrine à l'homme rend tranquillité de l'amé.*

A MV-



## A MVSIS ÆTERNITAS

Lib. 4. Od. 8.

*Dignum laude virum Musa vetat mori:*
*Cælo Musa beat.*

*O sacer, & magnus vatum labor, omnia fato*
*Eripis, & populis donas mortalibus æuum.*

Lib. 4. Od. 9.

*Vixêre fortes ante Agamemnona*
*Multi, sed omnes illacrymabiles*
*Vrgentur, ignotáque longa*
*Nocte, carent quia vate sacro.*

*Nemo tam claro genitus parente,*
*Nemo tam clara probitate fulsit,*
*Mox edax quem non perimit vetustas,*
*Vate remoto.*

Ouid.

*Quid petitur sacris, nisi tantùm fama poëtis?*
*Hoc votum nostri summa laboris habet.*
*Cura ducum fuerunt olim, regumq; poëtæ,*
*Præmiaq; antiqui magna tulêre chori.*

---

Den man lof vveerdt en eer' de Musen met den Tijdt
Onsteruelick om hoogh ten hemel helpen binnen,
VViens naem de Faem uytblaest ter vvereldt vvijdt en zijdt.
Gheleertheydt doet den mensch d'onsterflickheyt ghevvinnen.

*l'Homme digne d'honneur, les muses, temps & fame,*
*Esleuent iusque au ciel, & rendent immortel,*
*La renommée par tout sonnant son nom sans blasme.*
*Doctrine l'homme rend pour iamais eternel.*

POST



*Seneca.* POST MVLTA VIRTVS OPERA LAXARI SOLET.

Lib. 2. Od. 10.

*Sperat infestis, metuit secundis,*
*Alteram sortem benè præparatum*
*Pectus; informes hiemes reducit,*
*Iupiter: idem*
*Summouet, non si malè nunc, & olim*
*Sic erit, quondam cythara tacentem*
*Suscitat Musam, neque semper arcum*
*Tendit Apollo.*
*Rebus angustis, animosus atque*
*Fortis appare. sapienter idem,*
*Contrahes vento, nimium secundo,*
*Turgida vela.*

Lib. 2. Od. 9.

*Non semper imbres nubibus hispidos*
*Manant in agros, aut mare Caspium*
*Vexant inæquales procellæ*
*Vsque, nec Armenijs in oris*
*Amice Valgi, stat glacies iners*
*Menses per omnes.*

Ouid. *Quod caret alterna requie, durabile non est.*

---

Apollo altijdt niet schiet, maer vvacker maeckt by vlaghen
De Musen met sijn spel, van schoonvveer het ghenier
In onvveer stelt v voor, en storm in clare daghen.
In teghenspoet v troost, in voorspoet vvel toesiet.

*Non tousiours Apollon descoche ses sagettes,*
*Les Muses quelque fois il vient à resueiller,*
*Par son ieu harmonicq', & ses chansons doucettes.*
*Il faut apres trauail nostre esprit soulager.*



# VARIA SENECTÆ BONA.

De art. Poët. *Multa ferunt anni venientes commoda secum,*
*Multa recedentes adimunt.*

*Lenior & melior fis, accedente senecta.*

Philipp. Somnum, Gustum, Cupidinem, ludum, aliaque iuuenilia oblectamenta, tempus à viro senescente depellit: at contrà, vt communis medicus abundè damna resarciens, varias animi dotes, Prudentiam, Temperantiam, aliasq. virtutes, grandiori ætati conuenientes, adducit.

Ouid. *Tempore languescunt flores, & tempore surgunt.*

Solon Atheniensis iuuenes, vt cupiditatibus varijs obnoxios, à magistratu arcuit: senes autem, ad rempublicam admouendi, quòd à cupiditatibus immunes sint, & nihil amplius ab eis turbentur. hoc enim maximum, & pulcherrimum à Dijs donum hominibus datum esse reor, ait ille, per quod diuinæ naturæ quodammodò similes fiant. Nam Dij, vt ait Homerus,

*Non comedunt fruges, non potant feruida vina.*

Quo fit vt & impetu Venereo (quæ furoris molestiæque amissio dicenda est) careant.

Senec. Tum demum sanæ mentis oculus acutè cernere incipit, vbi corporis oculus incipit hebescere.

---

Veel soeticheyts des ieuchts, als smaeck, als slaep, en 'tminnen
Den tijt veriaeght, maer gheeft voorsichticheyt in ste,
Doet middel-maticheyt den ouden man ghewinnen.
Veel soets verdrijf den tijt, maer brenght veel goets weer me.

*Le temps chasse plusieurs doulceurs de la ieunesse,*
*Le dormir, le bon goust, & l'amoureux deduit,*
*Mais met prudence au lieu, temperance, & sagesse.*
*Celuy ne perd qui fait au change bon prouffit.*

VERA



# VERA PHILOSOPHIA MORTIS EST MEDITATIO.

Lib. 1. Epist. 4.

*Inter ſpem, curamq́ꝫ, timores inter & iras*
*Omnem crede diem tibi diluxiße ſupremum.*
*Grata ſuperueniet, quæ non ſperabitur hora.*

Plaut.

Animus æquus optimum eſt ærumnæ condimentum.

*Tu quamcumque Deus tibi fortunauerit horam,*
*Grata ſume manu, nec dulcia differ in annum.*

Lib. 1. Epiſt. 2.

*Qui cupit aut metuit, iuuat illum ſic domus aut res,*
*Vt lippum pictæ tabulæ, fomenta podagram,*
*Auriculas cythara collectas ſorde dolenteis.*

Valer. Max.

Æqualiter ſe in aduerſis gerere, quid aliud eſt quàm ſæuientem fortunam, in adiutorium ſui pudore victam, conuertere?

Maximus.

Interrogatus Muſonius: Quiſnam optimè diem extremũ claudere poſſet? Qui, inquit, *poſtremum ſibi diem ſemper inſtare propoſuerit.*

Denckt tuſſchen gramſchap, vrees', de hoop', en ſorghe ſtuer,
Dat uvven leſten dagh, gheſtadigh is voor handen,
Soo ſal zijn als ghevvin elck aengename uur'.
Na regen volght ſchoon vveer, en vreught na droefheyts banden.

*Penſez entre la peur, l'eſpoir, & le courroux,*
*Que voſtre iour dernier, eſt à ſa fin en gage:*
*Chaſque heure qui vous plait reputez gain pour vous.*
*La ioye ſuit l'ennuy, & le beau temps l'orage.*



## EX VINO SAPIENTI VIRTVS.

Lib. 1. Od. 7.

*Albus ut obscuro deterget nubila cælo*
*Sæpe Notus, neque parturit imbreis*
*Perpetuos: sic tu sapiens finire memento,*
*Tristitiam, vitæque labores,*
*Molli, Plance, mero.*

Lib. 1. Od. 18.

*Siccis omnia nam dura Deus proposuit: neque*
*Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines.*

Senec. Bacchum Liberum dixerunt, quòd animum à seruitio curarum liberet.

Asclepiades medicus, præstantiam vini Deorum quasi potentiæ æquari pronuntiauit.

Epod. Od. 13.

*——omne malum vino, cantuque leuato,*
*Deformis ægrimoniæ,*
*Dulcibus alloquijs.*

Lib. 2. Od. 11.

*——dissipat Euius*
*Curas edaces.*

*——nunc vino pellite curas,*
*Cras ingens iterabimus æquor.*

---

Met een dronck wijns seer wel, en wijselick somtijden,
Gelijck de noordē wint de donckre wolcken schoort,
De droefheyt van v iaeght, en arbeyt drijft ter zijden.
Den droefen swaren gheest 'tghebruyck des wijns behoort.

*D'Vn traict de vin chassez quelquefois sagement*
*Loing de vous le labeur, & la morne tristesse,*
*Comme fait l'Aquilon, les tourbillons fendant.*
*Le vin sert aux humains pour s'oster de destresse.*

TEM-



## TEMPERA TE TEMPORI.

Lib. 3. Od. 29.

*——quod adest, memento*
*Componere æquus, cetera fluminis*
*Ritu feruntur, nunc medio alueo*
*Cum pace dilabentis Etruſ-*
*cum In mare: nunc lapides adeſos,*
*Stirpeſque raptas, & pecus & domos*
*Voluentis vnà, non ſine montium*
*Clamore, vicinæq; ſiluæ,*
*Cùm fera diluuies quietos*
*Irritat amneis.*

Lampſ.

*Inuiſens hilari Tempus te ſuſcipe vultu,*
*Hoſpitioque foue, fac tibi ſitq; lucro.*

Senec.

Sic fit, vt minùs ex craſtino pendeas, cùm hodierno manum inieceris: dum differtur, vita tranſcurrit. Omnia aliena ſunt, Tempus tantùm noſtrum eſt.

Pindar.

*Proq; loco nunc hunc fieri, nunc expedit illum.*

Senec.

*Ætate fruere, mobili curſu fugit.*

Den tijdt neemt ſo hy comt, in ruſt gheſtadigh blijft.
VVat quaet 'tgeual brenght voort, beroert', of raſernije,
Die als een water vloet, het al ter neder drijft.
In ſchoon weer, of tempeeſt, de wijſe is euen blije.

*Suiuant le temps qui court, faites voſtre debuoir.*
*Quand l'eſmeute aduien dra entre vn peuple mobile,*
*Bruyant comme vn torrent, qui tout en bas fait cheoir.*
*l'Homme ſage au milieu des ondes vit tranquille.*

TEM-



## TEMPVS RITE IMPENSVM SAPIENS NON REVOCAT.

Lib. 3. Od. 29.

*——ille potens sui,*
*Lætusque deget, cui licet in diem*
*Dixiße, vixi: cras vel atra*
*Nube polum, pater, occupato,*
*Vel sole puro: non tamen irritum*
*Quodcumque retro est, efficiet: neque*
*Diffinget, infectumque reddet*
*Quod fugiens semel hora vexit.*

Lampss.

*A te Tempus abit? frustra remoraberis, imò*
*Grates, ante tibi quòd fuit hospes, age.*

Cic. Infirmæ terrenæque mentis est, memorare annos.

Senec. Fluunt omnia & in assidua diminutione sunt corpora nostra. Rapimur fluminis more. Quidquid vides, currit cũ tempore: fluida est materia & caduca, & omnibus obnoxia casibus.

Tempori cedere, necessitati parere, semper sapiétis est habitum.

---

Seer vrolick leuen sal, die vvel te vreden is
'tZy oft den tijdt vvegh gaet, oft niet, sonder te vvenschen
Sijn vveder-comst, oft yet toecomende onwis.
'tBegheeren te vergheefs, maeckt droef meest alle menschen.

*Tel vit ioyeusement, lequel bien se contente*
*Du temps qu'il a passé, ny de son departir*
*Se plaint aucunement, & moins ne s'en tourmente.*
*C'est en vain desirer, ce qu'on ne peut tenir.*

POST



# POST MORTEM CESSAT INVIDIA.

Lib. 2. Epist. 1.

*—— diram qui contudit Hydram,*
*Notáque fatali portenta labore ſubegit,*
*Comperit Inuidiam ſupremo fine domari.*
*Vrit enim fulgore ſuo, qui prægrauat artes*
*Infra ſe poſitas: exſtinctus amabitur idem.*

Plato. Iter facientes per ſolem, neceſſariò comitatur vmbra: incedentibus verò per gloriam, comes eſt Inuidia.

Ouid.

*Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit;*
*Tunc ſuus ex merito quemque tuetur honos.*

Philo. Honeſta, etiamſi per Inuidiam ad tempus obſcurentur: attamen ſuo tempore ſoluta, iterum ſplendent.

---

Den Hercules vermaert, die monſters heeft vervvonnen,
En alles 'tonderbraght, dat vvederſtant hem boodt,
Seyd' dat de Nijdicheyt hy noyt hadt temmen konnen.
Door niemandt wert de nijt ghetemt dan door de doodt.

*l'Inuincible Hercules ayant ſçeu ſurmonter*
*Tous monſtres & brigans, comblez de felonnie,*
*Dit que la ſeule Enuie iamais n'a ſçeu dompter.*
*Par autruy que la mort ne ſuccombe l'Enuie.*



## NEQVID VLTRA VIRES CONERIS.

Lib. 3.
Od. 4.

*Vis consili expers mole ruit sua:*
*Vim temperatam Dî quoque prouehunt*
*In maius. ijdem odêre vires,*
*Omne nefas animo mouentes.*

Lib. 1.
Od. 3.

*Nil mortalibus arduum est.*
*Cælum ipsum petimus stultitia: neque*
*Per nostrum patimur scelus,*
*Iracunda Iouem ponere fulmina.*

Temeritas impetus est fine ratione. Hac duce Gigantes cælum petunt, multique suis confisi viribus, præcipites ruunt. Exemplo sunt Milo Crotoniates, itemque Polydamas athleta, qui montem labantem humeris dum sistere conatur, ab eodem obruitur.

*Ardua ne subeas ignotæ pondera molis,*
*Ni benè sint tergi robore mensa tui.*

Lib. 3.
Od. 4.

*——scimus vt impios*
*Titanas, immanemque turmam*
*Fulmine sustulerit caduco.*

---

Der reusen stoutheyt braght op een veel berghen rotsigh,
'tVVas om te nemen in den hemel met ghevvelt,
Iupiters blicsem snel, brack hun voornetrotsigh,
Vermetene moetwil Godt straft en neder velt.

*Tout beau Titans, tout beau, les mons n'amoncelez,*
*n'Hastez vostre malheur, par l'œuure temeraire,*
*De combatre les cieux en vain vous pretendez.*
*Car Dieu pour l'orgueilleux, n'a que fouldre & tonnaire.*

TEM-



## TEMPORA MVTANTVR, ET NOS MVTAMVR IN ILLIS.

Lib. 3. Od. 6.

*Damnosa quid non imminuit dies?*
*Ætas parentum peior auis, tulit*
*Nos nequiores, mox daturos,*
*Progeniem vitiosiorem.*

Hier. Ne dicas priora tempora meliora fuêre quàm nunc sunt: virtutes faciunt dies bonos, vitia malos.

Senec. Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur, euersos esse mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas & in omne nefas labi.

Eurip.

*Hei quò progreditur humana mens?*
*Quis finis temeritatis & audaciæ erit?*
*Si enim vniuscuiusque viri vita superbè propagetur:*
*Et posterior priore longè*
*Deterior fit: Deos adijcere terræ*
*Oportebit aliam terram, quæ capiat*
*Eos, qui sunt iniusti & mali.*

---

Den tijdt ons' ouders heeft veel argher voort-ghebraght,
Dan ons' groot-vaders oudt, en argher ons in stede,
Noch argher sal hy oock voort-brenghen ons gheslacht.
Den tijdt verarght altijdt, soo doen de menschen mede.

*En malice plus fins noz peres a le temps*
*Produit que noz ayeuls, & plus subtils nous sommes,*
*Plus ruzez produira le mesme noz enfans.*
*Le temps va pis en pis, aussi s'en vont les hommes.*

NE-



## NEGLECTÆ RELIGIONIS POENA MVLTIPLEX.

Lib. 3. Od. 6.

*Delicta maiorum immeritus lues*
*Romane, donec templa refeceris,*
*Ædeisque labenteis Deorum, &*
*Fœda nigro simulacra fumo.*

Athenienses Diagoram philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat, primùm ignorare se, an Dij essent, deinde si sint, quales sint.

Iidem Socratem damnauerunt, quòd nouam religionem introducere videbatur.

Cic. Noxæ par pœna esto, vt in suo vitio quisque plectatur.

---

Vouders schult soo langh sult ghy Romeynen boeten,
Tot dat de beelden schoon, en kercken ghy oprecht,
Veruallen, en verstoort, vertreden met de voeten.
Die Godts dienst niet en acht, Godt hem verlaet met recht.

*La faute des ayeulx iusqu'à tant patirez,*
*O Romains, que par vous les temples en leur estre,*
*Images conculquez, soyent sur pied redressez.*
*Qui n'a religion, n'aura Dieu pour son maistre.*



Lib. 4. Od. 5.

## CVLPAM POENA PREMIT COMES.

Lib. 3. Od. 2.

*——sæpe Diespiter*
*Neglectus, incesto addidit integrum:*
*Rarò antecedentem scelestum*
*Deseruit pede pœna claudo.*

*Sequitur superbos vltor à tergo Deus.*

Valer. Max. Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira: tarditatemq; supplicij grauitate compensat.

*Homicidæ ruinosum iuxta murum dormienti,*
*Nocte astitisse aiunt Serapin in insomnijs,*
*Et vaticinatum fuisse: iacens tu surge,*
*Et iace mutatus ô miserabilis aliò.*
*Hic autem excitatus, mutauit locum: marcidus autem ille*
*Murus derepentè statim iacuit humi.*
*Tunc manè sacrificauit Dijs, illos putans delectari homicidis:*
*Sed Serapis rursus vaticinatus per noctem astans,*
*Si non permisi te mori, mortem quidem sine tristitia*
*Nunc effugisti, cruci scias te asseruari.*

Propert. *Ah miser, & si quis primò periuria celat;*
*Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.*

Senec. Prima peccantium est pœna peccasse. Nec vllum scelus, licèt illud fortuna exornet muneribus suis, licèt tueatur, ac vindicet, impunitum est: quoniam sceleris in scelere supplicium est.

---

Hoe vvel men dickvvijls siet verkeeren met de goeden,
Den kercke-roouer boos, den godloos' moorder fel,
Men moet hem daerom niet van straffe vry vermoeden.
Den quaden altijdt volght de kreuple straffe vvel.

*Iaçoit qu'auec les bons on voit hanter souuent*
*l'Impie, & le meschant, de vie scandaleuse,*
*Exemt de chastiment ne l'estimez pourtant.*
*Le mal poursuit tousiours vne peine boiteuse.*

PRIN-



# PRINCIPVM DELICTA PLEBS LVIT.

Lib. 1. Epist. 2.

*Quidquid delirant Reges, plectuntur Achiui.*
*Seditione, dolis, ſcelere, atque libidine, & ira,*
*Iliacos intra muros peccatur, & extra.*

Vides hîc raptum Helenæ: cuius cauſſa Troya perijt.

Prauos non eſt ſecurum habere dominos: quia ipſi magis indigent cuſtodia aliorum, quàm poſſint alios cuſtodire.

Summa ſapientia eſt in Rege, ſeipſum regere.

*Salluſt.* Qui magno imperio præditi, in excelſo ætatem agunt: eorum facta mortales nouêre. Ita maxima fortuna minima licentia eſt.

Lib. 1. Od. 15.

*Paſtor cùm traheret per freta nauibus*
*Idæis Helenen perfidus hoſpitam,*
*Ingrato celeres obruit otio*
*Ventos, vt caneret fera*
*Nereus fata. Mala ducis aui domum,*
*Quam multo repetet Græcia milite,*
*Coniurata tuas rumpere nuptias,*
*Et regnum Priami vetus.*

---

Ganſeh Troyen vvert verbrant, en Griecken heel beroerde,
Ontallick volck ghedoodt, gheſtort 'tonnooſel bloet,
Om Helena ontſchaeckt, die Paris met hem voerde.
Der Princen ſotheyt quaet, het volck ghemeynlick boet.

*Le ſang fut reſpandu d'vn peuple innocent,*
*Grece beaucoup ſouffrit, Troye fut ſubuertie*
*En cendre & feu, du rapt d'Heleine procedent.*
*Le ſubiect patira du Prince la folie.*

TVTE,



## TVTE, SI RECTE VIXERIS.

Lib. 2. Od. 13.

*Quid quisque vitet, numquam homini satis*
*Cautum est in horas. nauita Bosphorum*
*Pœnus perhorrescit: neque vltrà*
*Cæca timet aliunde fata:*
*Miles sagittas, & celerem fugam*
*Parthi: catenas Parthus, & Italum*
*Robur: sed improuisa leti*
*Vis rapuit, rapietque gentes.*

Valer. Max.

Æschylus in Sicilia mœnibus vrbis, in qua morabatur, egressus, aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam collisit, vt fractæ carne vesceretur: eóque ictu origo & principium fortioris tragœdiæ exstinctum est.

Menand.

*Imminet autem vnicuique hoc quod debet pati.*

*——sit cæca futuri*
*Mens hominum fati, liceat sperare timenti.*

Lib. 1. Od. 28.

*——nec quidquam tibi prodest*
*Aerias tentaße domos, animóque rotundum*
*Percurriße polum morituro.*

Dat yet op Eschlus hooft sou vallen hy gheloofde,
Dies hy in 'tvelt hem hiel, maer op sijn kale hooft,
Een arent vallen liet een schilt-padt, die't hem cloofde.
'tBeschick hem meest verheert, die't aldermeest ghelooft.

*Eschyle preuoyant de mourir, s'il tomboit*
*Quelque chose sur soy, aux champs print sa demeure,*
*Lors qu'vn aigle son chef d'vne tortue fendoit,*
*l'On ne peut euiter le destin à toute heure.*

DE



## DE FVTVRIS NE SIS ANXIVS.

Lib. 3. Od. 29.

*Prudens futuri temporis exitum*
*Caliginosa nocte premit Deus:*
*Ridetque, si mortalis vltra*
*Fas trepidat.*

Lib. 1. Od. 11.

*Tu ne quæsieris scire (nefas), quem mihi, quem tibi*
*Finem Di dederint, Leuconoë: nec Babylonios*
*Tentaris numeros, vt melius, quidquid, erit pati:*
*Seu plures hyemes, seu tribuit Iuppiter vltimam.*

*Quid sit futurum cras, fuge quærere: &*
*Quem sors dierum cumque dabit, lucro*
*Appone.*

Lib. 2. Od. 11.

*—— quid æternis minorem*
*Consilijs animum fatigas?*

Statius.

*—— nos prauum ac debile vulgus*
*Scrutamur penitus Superos. hinc pallor & iræ*
*Hinc scelus insidiæque & nulla modestia voti.*

---

De uytcomst vanden tijdt die noch staet toe te comen,
Godt seer voorsichtigh deckt met eene donck're nacht,
En vvil niet dat den mensch sal bouen reden schro nen.
Vergheefs is 'tondersoeck, Gods vvil moet zijn volbracht.

*Le vray succes du temps, comme la destinée,*
*Dieu d'vne obscure nuict voile qu'on ne peut veoir,*
*Et ne veut qu'on ayt peur, sans raison bien fondée.*
*La recherche est en vain, Dieu tient franc son vouloir.*

QVID



# QVID ENIM VELOCIVS ÆVO?

*—— nec trepides in vsum*
Lib. 2. Od. 11. *Poſcentis æui pauca; fugit retro*
*Leuis iuuentas, & decor, aridâ*
*Pellente laſciuos amores*
*Canicie, facilemque ſomnum.*
*Non ſemper idem floribus eſt honos*
*Vernis, neque vno Luna rubens nitet*
*Vultu; quid æternis minorem*
*Conſilijs animum fatigas?*

Senec. *Anceps forma bonum mortalibus,*
*Exigui donum breue temporis,*
*Vt velox celeri pede laberis.*
*Non ſic vere nouo prata decentia,*
*Æſtatis calidæ diſpoliat vapor,*
*Sæuit ſolſtitio cùm medius dies.*

---

Sorght niet voor deſen tijdt, die weynigh doch vereyſcht,
Soo d'ouderdom veriaeght de ſmaeck, de ſlaep, en 'tminnen,
En ſchoonheyt, met de ieucht, van v te rugghe deyſt.
Die veel in ſorge leeft, leeft met bedroefde ſinnen.

*n'Aye ſoin de ta vie, & ſois de peu content.*
*Puis qu'amour, & ſommeil dechæſſe la vieilleſſe.*
*La iouuence, & beauté s'enſuyent viſtement.*
*Cil qui vit en ſoucy, vit touſiours en triſteſſe.*

ÆTER-



# ÆTERNVM SVB SOLE NIHIL.

De arte Poët.

*—— mortalia facta peribunt,*
*Nedum sermonum stet honos & gratia viuax.*

*Tempus edax rerum tuque inuidiosa vetustas,*
Facundiam, eloquentiam, gratiarum omne genus, & quælibet corporis bona consumitis.

Propert.

*At non ingenio quæsitum nomen ab æuo*
*Excidet. Ingenio stat sine morte decus.*

*Viuitur ingenio, cetera mortis erunt.*

---

Ter vvereldt al vergaen de aenghename dinghen,
Hier en werdt niet verschoont, den tijdt vernielet al,
Soo vvel't vvelspreken eel, als gratien sonderlinghen.
Al vvat den tijdt voort-brenght, den tijdt vernielen sal.

*Rien n'est de mort exempt des choses agreables,*
*l'On veoit iournellement, que tout par temps perit,*
*l'Eloquence si bien, que les graces affables.*
*Le temps ruinera, ce que mesme il produit.*

SIC



## SIC VIVAMVS, VT MORTEM NON METVAMVS.

Lib.2. Od.14.

*Eheu fugaces, Poſtume, Poſtume*
*Labuntur anni: nec pietas moram*
*Rugis aut inſtanti ſenectæ*
*Afferet, indomitæque morti.*

Lipſ. in Exempl. polit.

O miſer hoc aſſiduè times, quod ſemel ferendum eſt: hoc times, quod in tua manu eſt ne timeas.

Senec.

Mors portus eſt malorum, perfugium ærumnoſæ vitæ. Seneſcentes annos, cum rugis, flores mortis cogita; mortem fructũ quietis. Mors requies ærumnarum in luctu atque miſerijs eſt, & cuncta mortalium mala diſſoluit. Nullum ſine exitu iter eſt.

Idem.

Quid fles? quid optas? perdis operam; deſine fata Deûm flecti ſperare precando. Rata & fixa ſunt atque magna & æterna neceſſitate ducuntur. Eò ibis quò omnia eunt. Quid tibi nouum eſt? ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus poſt te.

Malkand'ren volghen raſch de ſnel-vlieghende iaren,
Religie d'ouderdom gheensſins beletten kan,
Noch doot, noch rimpelen i'nt voor-hooft te vergaren,
Niet vrijt den menſch van'tgheên gemeyn is alle man.

*Les ans d'vn pas aiſlé l'vn l'autre s'entreſuiuent,*
*La pieté ne peut la vieilleſſe empeſcher,*
*Ny que la mort ne vienne, & les rides n'arriuent.*
*Ce qu'eſt commun à tous, nul ne peut euiter.*

DE



# DE ROGO, NON DE DOMO EXSTRVENDA SENEX COGITET.

Lib. 2. Od. 18.

*Truditur dies die,*
*Nouæque pergunt interire Lunæ*
*Tu secanda marmora*
*Locas sub ipsum funus, & sepulcri*
*Immemor, struis domos.*

*Quid, quòd vsque proximos*
*Reuellis agri terminos? & vltra*
*Limites clientium*
*Salis auarus?*


*Sic quia perpetuus nulli datur vsus, & heres*
*Heredem alterius velut vnda superuenit vndam:*
*Quid vici prosunt, quidue horrea, quidue Calabris*
*Saltibus adiecti Lucani? si metit Orcus*
*Grandia cum paruis, non exorabilis auro.*

O miseram senum sortem! quibus, quò minus superest viæ, àmplior de viatico, & mansione est cura.

---

Seer prachtigh menigh bout, en marmer doet deur-saghen,
Ten tijde van sijn lijck, vvanneer het lichaem straf
De siel moet zijn ontruckt, om in het graf te draghen.
Onwijs hy veel aengrijpt die d'een voet heeft in 'tgraf.

*Plusieurs le marbre dur font sier, & bastir*
*Des palais sumptueux, au lieu que de leur biere*
*Ils deuroyent auoir soing, & leur tombeau choisir.*
*Folie est commencer au bout de sa carriere.*



# MORTE LINQVENDA OMNIA.

Lib. 2. Od. 14.

*Linquenda tellus, & domus, & placens*
*Vxor, neque harum, quas colis, arborum,*
*Te præter inuiſas cupreſſos,*
*Vlla breuem dominum ſequetur.*
*Abſumet heres Cæcuba dignior,*
*Seruata centum clauibus: & mero*
*Tinget pauimentum ſuperbo,*
*Pontificum potiore cœnis.*

Ouid.

*Scilicet omne ſacrum mors importuna profanat,*
*Omnibus obſcuras inijcit illa manus.*

*Seneca.*

Non affligitur ſapiens liberorum amiſſione, non amicorum; eodem enim animo fert illorum mortem, quo ſuam exſpectat.

Imperator Seuerus, cũ ſe ſenſim ad mortem properare animaduertiſſet, linteum in quo tumulãdus erat, per caſtra conto leuatum circumferri iuſſit, & per præconem edici: *En, ex ampliſſimis regni opibus, quod vnicum Seuerus Imp. ſecum auferet.*

---

Men moet verlaten 'thuys, het aerdrijck, ende ſcheyden
Van huys-vrow' aenghenaem, en met de bleecke doodt,
Maer een cypreſſenboom ('sgrafs ciering') vvy me leyden.
Naect vvy ghecomen zijn, naect ſcheyden vvy en bloodt.

*Il ſaut quitter en fin la maiſon & la terre,*
*La femme, & les enfans, auec la paſle mort*
*n'Emportant qu'vn cypres, le ſigne mortuaire.*
*Au monde nud on vient, du monde nud on ſort.*



## COMMVNIS AD LETVM VIA.

Lib. 2. Od. 14.

*Charontis vnda scilicet omnibus*
*Quicumque terræ munere vescimur,*
*Enauiganda, siue Reges,*
*Siue inopes erimus coloni.*

Ouid.

*Fata manent omnes, omnes exspectat auarus*
*Portitor, & turbæ vix satis vna ratis.*
*Tendimus huc omnes, metam properamus ad vnam:*
*Omnia sub leges mors vocat atra suas.*

Seneca. Vndecumque ad inferos vna via est: nulli aliena patria mortuo.

Anaxagoras & Socrates, cùm mortis sententiam per nuntios accepissent, *Iam olim*, responderunt, *istam sententiam æquè in iudices atque in nos tulit natura.*

---

Al vvat ter vvereldt leeft, de doodt niet kan ontvlieden,
Elck oueruaren sal met Charon Stygis vloedt,
Oft Koninghen vvy zijn, oft arme slechte lieden.
Den tol van de natuer elck een betalen moet.

*Tout ce qu'au monde vit, mourant ne peut fuir*
*La barque de Charon, & riuiere infernale;*
*Au viel Nocher le Roy & peuple doit venir.*
*Chacun payer y doit sa destinée fatale.*



## IMPROVISA LETHI VIS.

Lib. 2. Od. 14.

*Frustra cruento Marte carebimus,*
*Fractisque rauci fluctibus Adriæ,*
*Frustra per Autumnos nocentem*
*Corporibus metuemus Austrum.*

Lib. 2, Satyr. 6.

*—— neque vlla est*
*Aut magno aut paruo lethi fuga.*

Lib. 9. Od. 2.

*Mors & fugacem persequitur virum,*
*Nec parcit imbellis iuuentæ*
*Poplitibus, timidoque tergo.*

Seneca.

*Incertum est, quo te loco mors exspectat,*
*Itaque tu illam omni loco exspecta.*

Lib. 3. Od. 24.

*Si figit adamantinos*
*Summis verticibus dira necessitas*
*Clauos: non animum metu,*
*Non mortis laqueis expedies caput.*

---

VVy vlieden te vergeefs Mars bloedigh, ende vreesen
De herftsche winden straf, en baren vande zee,
VVant sulcks de doot niet acht, die niet verbeen can vvesen,
De doodt is quaêt t'ontvlien, sy comt tot alle stee.

*En vain on fuit de Mars la furibonde rage,*
*l'Orage de l'Automne, & les ondes de la mer,*
*Car l'implacable mort ne fleschit son courage.*
*La mort vient en tous lieux, qu'on ne peut euiter.*

MOR-



# MORTIS CERTITVDO.

Lib.2. Od.3.

*Diuesne prisco natus ab Inacho,*
*Nil interest: an pauper, & infima*
*De gente sub dio moreris,*
*Victima nil miserantis Orci.*
*Omnes eôdem cogimur. omnium*
*Versatur vrna: seriùs ocyùs*
*Sors exitura, & nos in æternum*
*Exsilium impositura cymbæ.*

*Hic seruus dum vixit erat, nunc mortuus idem*
*Non quàm, tu Dari Magne, minora potest.*

Lib. 3. Od. 1.

*Est, vt viro vir latiùs ordinet*
*Arbusta sulcis: hic generosior*
*Descendat in campum petitor:*
*Moribus hic, meliórque fama*
*Contendat: illi turba clientium*
*Sit maior. Æqua lege necessitas*
*Sortitur insignes, & imos.*
*Omne capax mouet vrna nomen.*

---

Ten baet niet, of ghy zijt van 'trijck ghe-
slacht ghesproten
Van Crœsus, oft slecht volck, indiẽ v naem
de doot
VVt haer lot-vaetken treckt, daer s'al in
zijn besloten,
Die 'tlot ten deele valt, moet voort 'tzy
kleyn oft groot.

*Si du riche Crœsus ta race a prins nais-
sance,*
*Ou du vulgaire abiect, n'importe, si la
mort*
*De son vaißeau fatal, ton propre nom t'a-
uance.*
*Le grand, & le petit, tout paße par le
sort.*

CVN-



## CVNCTOS MORS VNA MANET.

Lib. 1. Od. 4.

*Pallida mors æquo pulſat pede pauperum tabernas*
*Regumq́ue turres.*

Lib. 2. Od. 18.

*——æqua tellus*
*Pauperi recluditur,*
*Regumq́ue pueris: nec ſatelles Orci*
*Callidum Promethea*
*Reuexit auro captus. hic ſuperbum*
*Tantalum, atque Tantali*
*Genus coërcet: hic leuare functum*
*Pauperem laboribus,*
*Vocatus, atque non vocatus audit.*

Lampſ.

*Dilaceras crines, cælumq́ue vlulatibus imples,*
*Mæſtaq́ue ſanguineis vnguibus ora notas:*
*Credis an exſtinctos huc poſſe reuertere Reges?*
*Flere obitum, eſt addi vulnera vulneribus.*

Menand.

*Moritur ſutor eodem modo ac Rex.*

---

De bleecke en droeue doodt, met een gelijcke voet,
De hooghe torens ſtoot, en vvinckels cleyn van vvaerden;
Soo vvel als d'ambachtſman, den coninck ſteruen moet.
De doot 'tzy hoogh oft leegh, ſiet niemandt aen op aerden.

*La paſle & triſte mort hurte à la tour du Roy,*
*Pouſſant d'vn meſme pied, qu'à l'ouuroir mercenaire,*
*Le grand, & le petit eſt ſubiect à ſa loy.*
*La mort n'exempte plus le Roy, que le vulgaire.*

VOLAT



# VOLAT IRREVOCABILE TEMPVS.

Lib.4. Od.7.

*Immortalia ne ſperes, monet annus, & almum*
*Quæ rapit hora diem.*
*Frigora miteſcunt Zephyris: Ver proterit Æſtas*
*Interitura, ſimul*
*Pomifer Autumnus fruges effuderit: & mox*
*Bruma recurrit iners.*

Senec.

Diem nox premit, dies in noctem, Æſtas in Autumnum deſinit, Autumno Hiems inſtat, quæ Vere compeſcitur. omnia tranſeunt, vt reuertantur. Tibi autem nemo reſtituet annos tuos, nemo iterum te tibi reddet. Ibit quà cœpit ætas, nec curſum ſuum aut reuocabit, aut ſupprimet. Non illa Regis imperio, non fauore populi longiùs procedet.

Virg.

*Optima quæque dies miſeris mortalibus æui*
*Prima fugit: ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus,*
*Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.*

---

Nae 'slijfs onſterflickheyt vvy niet en moghen hopen,
Soo ons aenvvijſt het iaer, de tijden, viér, en Maen,
d'Een d'ander volghen ſy, gaen voort, ende verloopen.
Sy keeren vvederom, maer 'tblijft met ons ghedaen.

*d'Eſtre immortel du corps, n'y a point d'apparence.*
*Car nous voyons l'année, & les quatre ſaiſons,*
*Enſemble auſsi la Lune, aller en decadence.*
*Ils renouuellent tous, mais nous ne reuiendrons.*

NIL



Sophoc. **NIL ALIVD AC VMBRA ATQVE FLATVS EST HOMO.**

Lib.4. Od.7. *Damna quidem celeres reparant cælestia Lunæ:*
*Nos vbi decidimus,*
*Quò pius Æneas, quò Tullus diues, & Ancus:*
*Puluis & vmbra ſumus.*
*Quis ſcit an adijciant hodiernæ craſtina ſummæ*
*Tempora Di ſuperi?*

Lib.1. Od.4. *Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat incohare longam.*
*Iam te premet nox, fabulæque Manes*
*Et domus exilis Plutonia.*


Pindar. *Quid autem aliquis, quid autem nullus?*
*Vmbræ ſomnium homo.*

Lampſ. *Ecce ſumus puluis, ſumus ecce miſerrima tellus,*
*Et noſtri fugiunt, vt leuis aura, dies.*
*Soluimur vt nebulæ, ſurgens vt in aëra fumus,*
*Et veluti ſolui ſole pruina ſolet.*
*Carpimur, vt ſtipulæ rapido carpuntur ab igne:*
*Nil niſi viuendo ſomnus & vmbra ſumus:*
*Vnde igitur faſtus, venit vnde ſuperbia nobis?*
*Quos fatum, præter tot mala, triſte rapit.*

---

Niet anders vvy en zijn, als vvy na claght, en vveenen,
Van tleuen zijn berooft, dan ſchaduvv' en de ſtof,
Oft als een roock, die haeſt is in de locht verdvvenen,
De menſchen die vergaen als bloemen, en het lof.

*Quand au cercueil la mort le corps fait deualler,*
*Helas qu'eſt ce de nous? ſi non vne fumee,*
*Vn ombre, ou vn fantoſme, eſuanouy en l'air.*
*La vie humaine eſt courte, & de peu de durée.*


DOM

## INEXORABILE FATVM.

Lib. 4. Od. 7.

*Cùm ſemel occideris, & de te ſplendida Minos*
*Fecerit arbitria:*
*Non, Torquate, genus, non te facundia, non te*
*Reſtituet pietas.*
*Cuncta manus auidas fugient heredis, amico*
*Quæ dederis animo.*
*Infernis neque enim tenebris Diana pudicum*
*Liberat Hippolytum.*

Catull.

*Soles occidere & redire poſſunt:*
*Nobis cùm ſemel occidit breuis lux,*
*Nox eſt perpetuò vna dormienda.*

Virg.

*Deſine fata Deûm flecti ſperare precando.*
*Stat ſua cuique dies; breue & irreparabile tempus*
*Omnibus eſt vitæ.*

---

Als afgheſneen den draet van 'tleuen vveſen moet,
Niet gheeft v'tleuen vveer, religie, noch 'tvvel-reden,
Noch adel: dus ſoo vvilt aen v veel eer v goet,
Als aen den erfghenaem (die gretigh vvacht) beſteden.

*Nobleſſe ne nous fait, ny la religion,*
*Ny l'eloquence, viure, quand le filet de vie*
*Eſt coupé: de tes biens prens donc fruition,*
*Pluſtoſt que contenter des hoirs l'auare enuie.*



Lib. 1. Epist. 16.

## MORS VLTIMA LINEA RERVM EST.

Post labores, artium studia, dignitates, opes, sequuntur flagella, dolores, aliáque mala, vitam fugacem exercitantia; sola Virtus manet superstes.

*Post obitum benefacta manent, æternáque Virtus*
*Non metuit, Stygijs ne rapiatur aquis.*

*——nil non mortale tenemus,*
*Pectoris exceptis ingenijq; bonis.*

Lib. 3. Od. 30.

*Non omnis moriar, multaq; pars mei*
*Vitabit Libitinam.*

*Sit modus lasso maris, & viarum,*
*Militiæq;.*

---

De doot is 'tleste vvit, en 'teynde van onvreuchden,
Van arbeyt, boeyen, pijn, gheleertheyt, rijckdom, eer,
Van hoocheyt, maght, en staet, maer geensins van de deughden.
Den deughdelicken gheest en sterft nimmermeer.

*La mort est le vray but, la fin, & le dessus*
*Des paines, fers, trauaux, richeße, honneurs, doctrine,*
*Opulence, & grandeur, mais non pas des vertus.*
*Car l'esprit vertueux iamais ne meurt ny fine.*



## APPROBATIO CENSORIS.

EMblemata hæc, ex Horatio Flacco, Lyricorum, & Satyricorum principe, ingeniosè simul, & doctè, ab Othone Venio selecta, ac eiusdem studio, & ære, Tabulis, Notisque illustrata: digna iudico, quæ ad tanti Poëtæ gratam memoriam renouandam, operumque eiusdem vberiorem explanationem percipiendam, prælo commissa, diuulgentur. Datum Antuerpiæ. XV. Kal. Martij. M. DC. VII.

*Laurentius Beyerlinck Antuerp. S. Theolog. Licent. librorumq; censor.*

PRIVILEGIIS, *Pontificio, Cæsareo, Regum Hispaniæ & Galliæ, & Principum Belgij, cautum est, ne quis hæc Emblemata, aut alia eiusdem auctoris opera imitetur.*

Typis Hieronymi Verdussen.

